Secũdus eſt fili⁹ dei ſp viuens ad interpellãdũ p nobis. ad Heb. vij. Qui tãq̃ bonus pugil oſtendit pri ſtigmata paſſiõis. Impetrat etiã nob̄ fili⁹ a patre gratiam ſpũſſancti. Un̄ dicit Ioh. xiiij. Ego rogabo patrẽ. et aliũ paclitũ. i. ↄſolatorẽ dabit vobis. Et de hoc aduocato dicit̃. i. canonica Ioh. ij. Si qs peccauerit aduocatũ habem⁹ apd̄ patrẽ ieſum chriſtũ iuſtũ. Itẽ ad Ro. viij. Ieſus chriſt⁹ q̃ mortu⁹ eſt. ⁊ q̃ reſurrexit. ⁊ eſt ad dexterã prĩs. etiã interpellat p nobis. Eſt ĝ fili⁹ aduocatus noſter apd̄ prẽm. ⁊ impetrat nobis remiſſionẽ pctõꝝ. ⁊ grãm ſpũſſcĩ/ vt dictũ eſt. Spũſſctũs impetrat gr̃iã gemit⁹ ⁊ penitẽtie.

Terci⁹ aduocatus btã virgo. pcipue corã filio ſuo. ⁊ nobis generalit̃ impetrat omẽ bonũ. Sic q̃ dẽ deerat nobis aduocat⁹ apd̄ filiũ anteq̃ maria naſceret̃. Dixit autẽ pater Gene. ij. Nõ eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ. i. nõ ſufficit vnic⁹ aduocat⁹ vl̃ mediator aut interceſſor hũano generi ĩ celo. cũ tot ⁊ tã picuiloſas habeat cauſas corã me. Faciam⁹ ei adiutoriũ. i. btãm virginẽ. que alleget p genere hũano corã filio. ſicut fili⁹ corã me. Propter h̄ dicit̃ ipa in p̄s. Teſtis in celo fidel̃. Quere lib. x. ti. ij. de throno ſalomõis. y y. De his duob⁹ aduocatis. ſcꝫ matre et filio. dic̄ beatus Ber. Securũ acceſſum habꝫ hõ ad deũ. vbi mediatorẽ cauſe ſue filiũ habet ante prẽm. ⁊ ante filiũ matrẽ. Chriſt⁹ nudato latere patri oñdit latus et vulnera. maria chriſto pectus ⁊ vbera. Nec p̃t eſſe vllo mõ repulſa. vbi ↄcurrũt et orant omĩ lingua diſerti⁹ hec clemẽtie monimẽta/ ⁊ caritatiſ inſignia. Huic aũt tãte aduocate debem⁹ maximũ ſolaciũ/ grãꝝ actõis/ ⁊ ſalutatõis/ ⁊ hmõi. **C**

Bern.

De iſta aduocata narrauit q̃dã ſanct⁹ hõ. q cũ q̃dam religioſi cãtarẽt illã antiphonã. Salue regina miſericordie. ⁊ dicerẽt ṽbũ illud. Eya ĝ aduocata nr̃a ⁊c̄. plurĩes in ſpiritu ipam matrẽ dñi viderũt ante filij pſentiã pſterni. et p totius illi⁹ ordinis ↄſeruatõe pcari.

Quart⁹ aduocat⁹ noſter eſt angel⁹. Un̄ dañ. xij. dr̄ michael ſtare p filijs ppl̃i ſui. **D**

Quintus aduocatus eſt elemoſina. Eccĩ. xxix. Cõclude elẽoſinã in ſinu paupis. et hec p te exorabit ab omni malo.

Sext⁹ oratio. Un̄ ſup illõ p̄s. Intret in ↄſpectu tuo oratio mea. dic̄ gloſa. Magna virtus pure orõis hic oſtendit̃. q̃ quaſi q̃dã pſona ad deũ intrat. ⁊ illuc mandatũ pagit quo caro pu̾nire neq̄t. Dicit ĝ. Intret. id ẽ nõ arceat̃ ab eccl̃ia celi vt excõmũicata. qual̃ eſt oratio diuitũ/ q̃ nolũt audire paupes. vl̃ legẽ miſericordiam pcipientẽ. Prouer. xxviij. Qui declinat aurẽ ſuã ne audiat legẽ/ ei⁹ oratio erit execrabil̃. i. nõ intrabit eccl̃iam celi in ↄſpectu dei. qꝛ angeli ſancti nõ introferũt prophanas voces. nec ianitor celi leproſas orõẽs admittit. Orões thobie/ q̃ interp-





tatur bon⁹ dñi/ deferebant̃ a raphaele ante deũ. Thob. xij. Iuxta qđ dicit̃ Intret in cõſpectu tuo. notat̃ q oratio tanq̃ pſona videt̃ a dño. ⁊ audit̃ vt vox. Seq̄t̃. Inclina aurẽ tuã ad pcẽm meam. ſingulariter: qꝛ illud vnũ qđ eſt neceſſarium Luce. x. petendũ eſt.

Ecimaoctaua. Quia p pacificãdis ſe ſupplicit̃ inuocãtib⁹ irato filio dulcia ṽba repñtat. vt ſup̄ dictũ ẽ. quoꝝ reſpectu fili⁹ delectatus facile mãſueſcit. Iſa. xi. Delectabit̃ ineffabiliter infans. i. chriſt⁹ ab vbere mr̃is ei repñtato. Sequit̃. Sup foramia aſpidis. ⁊ ĩ cauerna reguli q̃ ablactat⁹ fuerit manũ ſuã mittet. Chriſt⁹ ei vt dictũ eſt delectat⁹ ab vbere matriſ tẽdit manũ gr̃e ad malos. q̃ prius fuerãt foramina aſpidis et cauerna reguli. De vberib⁹ marie inuenies lib. v. de pulcritudine mẽbroꝝ eius. titulo. xviij.

Ecimanona. Quia p ſalute famulãtiũ ſibi. nõ ſolũ põt filio ſupplicare ſic alij ſancti. ſed etiã poteſt autoritate materna eidẽ impare. Unde ſic oramus eam. Monſtra te eſſe matrẽ. Quaſi ſpecialẽ ⁊ materna autoritate ſupplica p nobis filio. Iſtud plene inuenies libro. iij. nona pogatiua eius.

Iceſima. Quia ipa eſt lignũ vite his q̃ apphẽderint eã ſpeciali amore ⁊ ſeruitio. Lignum vite. i. arbor cui⁹ fructus eſt vita gr̃e hic. glĩe ĩ futuro. ſ. chriſtus dñs. Sꝫ nõ eſt hic fructus oĩb⁹. ſꝫ his tm̃. q̃ apphẽderit eã. qſi duplici manu. ſ. amore ⁊ ſeruitio. Et nota q dicit apphẽderit. qđ ṽbũ ſignificat q̃ndã expſſionẽ ⁊ feſtinantiã. Eſt enĩ apphẽdere cito ⁊ qſi violẽter aliq̃d cape. ⁊ qđ ſic captũ eſt firmiter tenere/ nec facile dimittere. Ut videamur ei dicere illõ Geñ. xxxij. qđ angel⁹ dixit iacob. Nõ dimittã te niſi bñdixeriſ mihi. Detinẽda eſt aũt nobiſcũ quaſi duob⁹ brachijs. ſcꝫ lacrimis ⁊ oratõib⁹. Un̄ de lucta iacob dicit̃ Oſee. xij. Fleuit [illegible] eũ ⁊c̄. Oratiõe et lacrimoſa obtinet̃ bñdictio marie. Seq̄t̃. Et qui [illegible] erit eã. pſeuerãter. nõ declinãs poſt meretricias voluptates. vt dicere poſſit [illegible] ſicut ipa de filio Cañ. iij. Tenui eũ nec dimittã. ipi videlicꝫ inſepabiliter adherẽs. Beat⁹. hic in ſpe. in futuro ĩ re. Beat⁹. ad bonũ ſuũ nat⁹. Beat⁹. id ẽ benedi ṽtutib⁹ apt⁹. Beat⁹. qꝛ oĩa optata ſuccedẽt ei ĩ futuro. Iõ dicit̃ ſap. viij. In amicicia illi⁹ delectatio bona. Et ideo bona qꝛ eterna. Qđ eĩ tpale tm̃ eſt. nõ poteſt ſimpliciter dici bonũ. Beatitudo ṽo ẽ cumul⁹ omniũ bonoꝝ. q̃ nullo pacto ſubtrahi poteſt. ſicut dicit gloſa ſup Boetiũ.

Iceſimaprima. Quia ſepe qs filij iuſticia damnat/ matriſ miſericordia liberat. Que ſcꝫ iuſticia filij ⁊ miſericordia matriſ vident̃ ſic altercari Deut. xxxij. Quaſi dicat iuſticia filij. Ego occidã et pcutiã. Miſericordia mr̃is r̄ndeat. Et ego viuere faciã et ſanabo. Dicit etiã miſericordia matris illõ qđ ſeq̄tur. Et nõ eſt q̃ de manu mea poſſit eruere. Fugias igit̃ ſub ptectiõe manus ei⁹ ſicut fecit theophil⁹. ⁊ nihil timẽdũ eſt. Ipa enĩ dicit Eccĩ. xxiiij. Sicut nebula texi oẽꝫ carnẽ ab ira. ſ. dei qſi ab ardore ſolis. Ideo etiã ipa dicit de filio Cañ. iij. Tenui eũ ne ſcꝫ pcuteret pctõres. nec dimittã. ſed cõtinua pcũ inſtãtia furorẽ ipius retinebo. Ipa eſt abigail/ cui⁹ prudẽtia retinuit furorẽ dauid ne vindicaret ſe de nabal ſtulto. i. Regũ. xxv. Et hoc eſt vñ dñs ↄq̄ritur Iſa. lxiiij. Nõ eſt q̃ ↄſurgat ⁊ teneat me. Itẽ Eze. xxij. Queſiui virũ qui ĩterponeret ſepẽ ⁊ ſtaret oppoſit⁹ ↄ me p terra. i. p terreno pctõre. ne diſſiparẽ eã/ ⁊ nõ inueni. Qꝫ aũt ſctõꝝ pcib⁹ dominꝰ teneat̃/ oſtẽdit ipe loq̄ns moyſi Exod. xxxij. Cerno q ppl̃s iſte dure ceruicis ſit. dimitte me vt iraſcat̃ furor me⁹ contra eos. ⁊ deleã eos ⁊c̄.

Iceſimaſecũda. Quia cũ ſit theſaur⁹ dñi ⁊ theſauraria gratiaꝝ ei⁹. donis ſpiritualib⁹ ditat copioſiſſime ſeruiẽtes ſibi. Un̄ dicit cũ ſapiẽtia puer. viij. In vijs iuſticie ambulo/ in medio ſemitaꝝ iudicij. vt ditem diligẽtes me. ⁊ theſauros eoꝝ repleã. Qꝫ autẽ ipa ſit theſaur⁹ dñi dicit̃ Sap. vij. Infinit⁹ ẽ theſaur⁹ hominib⁹. q̃ q̃ vſi ſunt pticipes facti ſunt amicicie dei. Hoc totũ ſufficiẽter expoſitũ inuenies infra. li. iiij. ti. xxi. de diuitijs marie poſt tractatũ de pauptate ei⁹.

Iceſimatercia. Quia cõfeſſio virginei part⁹ ore fit ad ſalutẽ. ⁊ ex ea ſequit̃ bñdictio dei prĩs. Un̄ in p̄s. lxvi. Cõfiteant̃ tibi ppl̃i de⁹. ↄfiteant̃ tibi ppl̃i oẽs.

Quid aute͂ ſit tã ſedulo ↄſitendũ. ſubdit ſcʒ q͂ terra .i. maria dedit fructũ ſuũ ex quo ꝛ ꝑ que͂ nobꝫ p̄mittitur ꝛ ſperatur eterna b͂ndictio. Vñ ſequitur. Bñdicat nos deus .i. pater bñdicat nos deus noſter .i. chriſtus verus emanuel bñdicat nos deus id e͂ ſpũſſanctus. Sup locũ iſtũ dicit gloſa. Iſte ergo fructus e͂ virgo de virgine. dñs de ancilla. deus ex hoīe. filius ex matre. fructus de terra. Quere libro. viij. titulo p̄mo de terra verſum illum.

De ꝓte ctõe ma rie — Iceſimaq̄rta. Quia potẽtiſſime ꝓtegit ſeruos ſuos a triplici aduerſario. ſ. mũdo carne ꝛ diabolo. quibꝫ e͂ terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. Multa de hmõi habuiſti ſup̄ libro .i. ca. ij. de noīe eius. Igitur q̄ndocunq̧ tẽptaris ſup vires tuas. clamandũ eſt ad eã. Eſto mihi dñã turris fortitudinis a facie inimici. Sicut enĩ puerulus timẽs canẽ fugit ꝛ clamat ad matrẽ. ſic q̄ciẽs vehemẽter tẽptatur. ꝛ timet morſum diaboli vel cuiuſcunq̧ tẽptatõis ꝑ orõem refugere debꝫ ad matrẽ pietatis. Titulo de noīe eius q̄re oĩa iſta. ꝛ quõ ipſa turris. Et nota q͂ btã virgo ꝓtegit nos multipliciter. Vñ dicit ſeruiẽti ſuo Iſa. xliij. Seruus meus es tu. cũ trãſieris ꝑ aq̄s .i. id e͂ tribulatões tecũ ero. et flumĩa .s. tẽptatõnũ et ꝑſecutõnũ nõ operient te. Idõ ſecure põt ei dicere qui deuote ſeruit ei illud Iob. xvij. Pone me iuxta te. ꝛ cuiusuis manus pugnet ↄ me. Itẽ diſcrete ꝓſumẽdo de adiutorio eius ſi ſeruierimus ei. poſſumus illi dicere illud ꝓs. In te .i. i͂ ꝟtute nobis a te data. ꝛ a filio ĩpetrata inimicos noſtros .ſcʒ carnẽ mũdũ et diabolũ ventilabimus .i. q̄ſi paleã deijciemus. Sʒ nota q͂ vẽtilatio fit cũ manibꝫ. et fit duplex motus .i. ſurſum ꝛ deorſum. ꝑ qd̃ figuratur bona operatio facta ad honorẽ chriſti ꝛ marie. ꝛ vtilitatẽ p̄rimi. In te ibi de ꝑpe addẽdo cornu .i. fortitudine chriſti in te incarnati ſm bedã. q2 cornu durius carne mollius oſſe. Sic nec chriſtus penitus videbatur in ſua maieſtate. nec penitus i͂ ſua hũanitate. Et in noīe tuo .i. i͂ ꝟtute noīs tui. qd̃ eſt maria. Vel in ꝟtute tua noīabili. Spernemus inſurgẽtes i͂ nobis .ſcʒ motus pctõꝝ intus i͂ corde ſurgẽtes. Quos illi ſpernũt. q̄ eos cũ indignatõe repellũt. ſʒ nõ ſpernũt q̄ eos recipiũt. ꝛ q̄ſi cũ eis colloq̄ntes in ipſis delectantur. Prouer. xvi. Indignatio regis .i. iuſti nũcij mortis .i. ſuggeſtiões diaboli et motus peccati. Peccatũ enĩ ꝛ diabolus mors eſt q̄ animã interficit. Quos nũcios indignatur rex .i. qui bñ ſe regit. Prouer. xx. Rex q̄ ſedꝫ in ſolio iudicij. diſſipat omne malũ intuitu ſuo. Spernemus .ſ. iniq̄m. nõ p̄ſumẽtes de nobis. ſed de adiutorio tuo. Alia lr̃a dicit expꝛeſſius. In noīe tuo ↄculcabimus aduerſarios. Propter hoc etiã videtur ꝓpheta dicere ſeruo ꝛ amatori marie. Aſtitit regina .i. btã virgo aſtitit tibi .ſcʒ ad te iuuãdũ a dextris tuis .i. vt ſcʒ tibi ꝓſpa ꝛ ſalubria impetret. In veſtitu deaurato .i. in ſtola aīe et corꝑis vt creditur. circũdata varietate .ſ. gr̃iaꝝ. q̄s ſibi ſuentibꝫ impetrat et largitur. Ipa enĩ aſtat ad dexterã pauꝑis ſpiritu. vt ſaluã faciat a ꝑſeq̄ntibꝫ animã eius. Itẽ in mltitudie ꝛ vehemẽtia tẽptatõnũ. dicẽdũ eſt illi ſic dicit dño rex ioſaphat. ij. pal. xx. In nobis q̄dem nõ e͂ tãta fortitudo vt poſſimus huic mltitudini reſiſtere q̄ irruit ſup nos. Sʒ cũ ignoremus q̄d agere debeamus. hoc ſolũ habemus reſidui vt oclos nr̃os dirigamus ad te. A B C D

Maria ꝓtegit E

Vt arbor ſub vmbra ramoꝝ et foliorũ ſuoꝝ. Quere libro. xij. particula p̄ma. verſu ix. vbi ortus dicitur vmbroſus.

Sub pallio hũilitatis ꝛ virginitatis ſue. Hũilitas enĩ et ꝟginitas ale eius ſũt. Et late ſunt ale iſte ꝑ vtriuſq̧ ꝟtutis plenitudinẽ. De q̄bꝫ alis dicimus ei. Sub vmbra alaꝝ tuarũ ꝓtege me a facie impiorũ q̄ me afflixerũt. Itẽ alibi. In vmbra alaꝝ tuarũ ſperabo. donec trãſeat iniq̄tas. In vmbra ꝟginitatis ↄ incendiũ luxurie. In vmbra hũilitatis ↄ ventũ inanis glie. vel tẽpeſtatẽ ſupbie. In vmbra mãſuetudis ↄ grãdinẽ iracũdie. Quia ira deſignatur ꝑ grãdinẽ. habes ſap. v. A petroſa ira plene mittentur grãdines. In vmbra ſue maternitatis ab ira filij ſui. In vmbra ꝟitatis. cuius ipa eſt mater. ↄ niuẽ hypocriſis. In vmbra orõis cõtra pluuiã diabolicaꝝ tẽptatõnũ. Et ſic de alijs. De his ſufficiẽter inuenies libro. xij. particula p̄ma. ix. ꝟſu. vbi ortus dicitur latebroſus.

Protegit maria — Sub ſcuto patiẽtie ſue ꝑ exemplũ. Scuto circũdabit te veritas eius .i. ideo nõ





timebis a timore nocturno.

Angelos nobis in auxiliũ mittẽdo. Sic fecit baſilio. Vnde Angelis ſuis mãdauit de te. Angeli enĩ miniſtri et ſatellites ſui ſunt. de ꝓcepto creatoris.

Contra inimicos noſtros ꝓ nobis pugnãdo. Vnde cõuenit ei illud Eccĩ. xxix. Super ſcutũ et ſup lanceã aduerſus inimicũ tuũ pugnabit. ꝓ te ꝛc̃.

Eſtum ꝓſꝑitatis frigore aduerſitatis temperãdo.

Amaritudinẽ tribulatõis dulcedine cõſolatõis leniẽdo. q̄ velut ſapiẽs mulier ponit in olla cordis noſtri ꝑ impatiẽtiã bulliẽtis aquã ↄſolatõis.

Protegit etiã nos reſpectu miſericordie ſue q̄ ad nos. ſʒ iuſticie q̄ ad demões vicia ꝛ peccata. Vñ ipi ꝟiſſime ↄuenit qd̃ dr̃ de filio ꝓuer. xx. Rex q̄ ſedet i͂ ſolio iudicij. diſſipat oẽ malũ intuitu ſuo. Sic ꝛ regina .i. maria ſedẽs cũ filio i͂ ſolio ꝑadiſi oclo miſericordie reſpiciẽs peccatorẽ intuitu ſuo diſſipat oẽ malũ .i. triplex malum. Malũ ſcʒ culpe. cuius ĩpetrat veniã. Malũ pene. quã nõ ſinit ſtatim infligi. Malũ diaboli. ne tẽptãdo tãtũ nocere ꝓualeat. q̄ntũ deſiderat. Diſſipat enĩ ꝑ miſericordiã ſuã ꝛ ſapiẽtiã. cogitatões malignoꝝ. ne poſſint i͂plere manus eoꝝ qd̃ ceperant. Iob. v. Idcirco q̄ciẽs tẽptamur ſup̄ vires. clamãdũ e͂ ei corde toto. Eya aduocata nr̃a illos tuos miſericordes oclos ad nos ↄuerte. Et illud. Eſto nob dñã turris fortitudis a facie inimici. Itẽ illud. Reſpice i͂ me o dñã et miſerere mei. Et ſunt oclĩ tui ſcilicʒ fides et deuotio. ad dominã noſtrã donec miſereatur tui. vt euellat a laq̄o temptatõis pedes tuos .i. affectus. F

Protegit etiã ab accuſatõibꝫ demonũ q̄ accuſant iuſtos i͂ ↄſpectu dei. die ac nocte. id e͂ aſſidue. Vel die ac nocte. ſ. de diſſolutiõe ꝑ ꝓſꝑa. ꝛ murmure ꝑ aduerſa. Apoc. xij. Eccĩ. xi. dr̃ diabolo. Bona in mala ↄuertẽs inſidiatur. ꝛ i͂ electis i͂ponit maculas ſcʒ inanis glie. Quis enĩ apud filiũ accuſare illũ audeat cui matrẽ viderit patrocinantẽ. Et ſi maria ꝓ nobis q̄s ↄtra nos. et ſi ipa eſt q̄ iuſtificat. q̄s eſt q̄ cõdemnet. ad Rom. viij. De hmõi mlta inueniuntur in libris miraculoꝝ eius. G

Protegit etiã ab accuſatõibꝫ detractoꝝ. ꝛ a ↄuẽtu malignãtiũ. ꝛ a mltitudie opantiũ iniq̄tatẽ. ſicut patꝫ i͂ miraclo de abbatiſſa ꝑgnãte. quã ꝟgo ꝟginũ reuirginauit. poſtq̄ ad ꝓceptũ eius eduxerãt angeli pueꝝ de vtero eius. nec i͂ partu i͂diguit alia obſtetrice. Quẽ vicʒ pueꝝ trãſmiſit ꝑ ipos angelos nutriẽdũ cuidã heremite. Qui puer poſtea factus e͂ epĩs. Idõ de ipa dr̃ ſap. x. In fraude circũuenientiũ illi affuit. Quere paulo infra H

Protegit etiã a corꝑalibꝫ incẽdijs. Sic patʒ de q̄dã puero iudeo. quẽ pr̃ ſuus ꝓiecit i͂ clibanũ ardẽtẽ. q2 adorauerat imaginẽ btẽ virgĩs cũ pueris chriſtianis. Et btã ꝟgo apparuit ei i͂ medio fornacis i͂ ſpecie imagĩs quã puer adorauerat. ꝛ ꝓtexit eũ ſub pallio ſuo ab incẽdio. ꝛ fecit mediũ fornacis q̄ſi vẽtũ roris flãtẽ. Quo miraclo viſo. mlti iudei ↄuerſi ſũt ad fidẽ. ꝛ pr̃ pueri i͂ ipaꝫ fornacẽ ꝓiectus e͂ ꝛ ↄbuſtus.

Protegit etiã chriſtus ſeruos ſue genitricis. vt veraciter dici poſſit. Qui habitat i͂ adiutorio altiſſime dñe in ꝓtectõe dei celi cõmorabitur.

Protegit etiã nos maria a corꝑalibꝫ inimicis. put ſepe legitur i͂ miraculis eius. ꝛ a ſeductoribꝫ aiaꝝ. ꝛ ei ↄuenit illud ſap. x. qd̃ dr̃ de ſapiẽtia. ꝛ recte põt intelligi de maria. Cuſtodiuit illũ .i. ſuũ ꝛ amatorẽ ſuũ ab inimicis .ſ. exterioribꝫ ꝛ manifeſtis .i. detractoribꝫ q̄ famã. hereticis q̄ fidẽ. tirãnis q̄ vitã conantur auferre. ꝛ a ſeductoribꝫ tutauit illũ .i. ab occłte inſidiãtibꝫ. ſ. mũdo. carne. demõibꝫ. Quoꝝ p̄mus pietatẽ ꝑ auariciã. ſcd̃s caſtitatẽ ꝑ luxuriã. tercius hũilitatẽ ꝑ ſupbiã conatur auferre. Ecce ſex atrociſſimi inimici. ꝛ ſeptimus ꝑ quẽ oẽs alij pugnãt. et ſine q̄ nõ ꝓualẽt. ſ. ꝓpa volũtas. He ſunt ſeptẽ gẽtes q̄ ſꝑ filios iſrl̃ impugnabãt. Iudic. iij. Itẽ paulo añ dr̃ ſap. x. In fraude circũuenientiũ illi affuit. Illi .i. amatori ſuo circũuenientiũ .i. demonũ q̄ ex i͂uidia ſꝑ nitũtur circũuenire eos q̄ ei ſuiũt. Illi affuit illuminãs .ſ. oculos eius ad ꝓuidẽdũ ꝛ cauẽdũ eoꝝ i͂ſidias. q2 eſt illumiãtrix. ꝛ honeſtũ fecit illũ .i. purgatũ velut auꝝ i͂ fornace ꝑ tẽptatões ꝛ pugnas ↄ inimicos ſupdictos. I

Protegit etiã ſicut caſtellũ. q2 ipa e͂ caſtellũ. Lu. x. qd̃ e͂ refugiũ debilium. ꝛ ipa vbiq̧ terraꝝ refugiũ eſt peccatoꝝ. Quere libro. xi. titulo. ij. q͂ ipa eſt caſtellũ.

Protegit etiã ſicut tẽplũ. cũ ipa ſit templũ dei viui. baſilica veri aſſueri. ſacrariũ ſpũſ

ſancti eccleſia.i.congregatio ⁊ adunatio populi chriſtiani .et domꝰ oratiõis. Rorẽ cui ſanguinis deſcendit eccleſia ſi ad ipſam refugerint.

Maria protegit

In igne. vt ſupra de indeolo. Unde dicit ſeruo ſuo Iſa .xliij. Deus eo tu. cũ ambulaueris in igne nõ cõbureris.

In aqua. Iſa. xliij. Cũ trãſieris p aquas tecũ ero. vt ſup in pncipio huiꝰ capli. Ipſa ē enĩ nauis q̃ ſuſcipit amicos ſuos naufragãtes i fluctib huiꝰ maris. Unĩ dicit eccĩ. xxiiij. In fluctibꝰ maris ambulaui .cũ familiaritb meis .vicz tãq̃ nauis. vt ipſos eripiem a naufragio pctõꝝ. ⁊ ereptos õducerẽ i portũ volũtatis eoꝝ. Quere li. xi. ti. vij. q ipſa ē nauis. Ambulat etiã i fluctib maris meſtos ɔſolãdo. ⁊ triſtes letificãdo. — Maria protegit

In aere. ab incurſu aeriaꝝ poteſtatũ. Sicut ſepe legit in miracul eiꝰ.

In terra. qđ ſignũ ē Apoc. xij. vbi dr i figura eꝰ. Et adiuuit terra mlierẽ .i. maris deuotã ſibi aiaꝝ. quã ſerpẽs .i. diabolꝰ ifeſtabat. Iđ ipſa dic eccĩ. xxiiij. In oĩ tra ſteti .i. fideliũ me inocãtib ſp affui. Ul ipaꝫ i terra ſtare. ē iuſtos i virtute ɔfirmare.

Maria refugiũ — Iceſimaq̃nta. Quia in maria inuenerũt refugiũ. q̃ timẽtes dei iuſticiã ad ipm accedere reformidãt. Btũs Ber. Sic nomẽ ieſu mel i ore ⁊c. titulo de nomine marie. Idẽ. Quid ad mariã accedere trepidat. Libro .iiij. titulo đ benignitate marie. De h refugio dic pĩs. Petra .i. maria refugiũ erinacijs. N. libro .vij. titlo .x. vbi maria petra. Propt h refugiũ dicit ipa ciuitas refugij. figurata p ſex ciuitates refugij. Nũc. xxxv. Et bñ ſex. qꝛ ſex modis inficiũt ſe generalr pctõres. Per vicia cordis. ⁊ q̃nqꝫ ſenſuũ corruptõem. Citra iordanẽ tres. ⁊ vltra iordanẽ tres. Iordanis baptiſmꝰ. Citra iordanẽ tres. qꝛ ad ipaꝫ habẽt refugere q̃ tẽptãt a trib cõcupiſcẽtijs. vt ipos tueat ⁊ faciat i bono pficere. Ultra iordanẽ tres. qꝛ p ipaꝫ ſepe redeũt ad veniã. ⁊ adipiſcũt grãꝫ ⁊ gliãꝫ. q̃ trãſierũt iordanẽ .i. q̃ triplici ɔcupiſcẽtia ſeducti amiſerũt innocẽtiã baptiſmalẽ. Sed nota q ille ciuitates ſepate erãt ill i refugiũ. q̃ nolẽtes ppetraſſent homicidiũ. Sꝫ nũc dilatata ē miſericordia dei. ⁊ in maria puidit refugiũ etiã volũtarijs homicidis. Ipa enĩ eſt domꝰ refugij. vt ſaluos nos faciat. vt habet in pſ. — A / Ber.

Itẽ alio mõ. Chriſtꝰ enĩ dr oſtiũ padiſi. q̃ ad paſcũ vite intrãt oues. Ioh. x. Beata aũt vgo feneſtra celi ē. ſic canit eccĩa. Unĩ. Intrẽt vt aſtra flebiles. celi feneſtra facta es. Solet aũt ɔtingere i q̃buſdã ɔuiuijs q pauꝑes timẽtes iracũdiã ianitoris. clamãt ad feneſtrã vt eis aliq̃d iaciat. Mõ aũt diſcũbũt ſcĩ et angeli i ɔuiuio celeſti. de q̃ habet Iſa. xxv. Faciet dñs ɔuiuiũ ⁊c. Ubi chriſtꝰ oſtiũ. Ianitor iuſticia eiꝰ. Quã ſi reformidas. clama ad feneſtrã q̃ ē maria. orãdo et pauperiẽ tuã allegãdo. vt ſaltẽ de micis illiꝰ ɔuiuij vbi ſunt plena fercla iaciat tibi aliq̃ntulã ɔſolatiõnẽ. aliqua fragmenta gratiaꝝ. — B

Iceſima ſepta. Quia paſtũ ſubminiſtrat famelicis. ⁊ potũ ſitiẽtib. Unĩ de ea dici pt ſic de filio. Iacta cogitatũ tuũ i dñã. et ipa te enutriet. Ipa enĩ eſuriẽtes implet bonis. ⁊ dat eſcã eſuriẽtibꝰ. dicẽs cũ filio Hiere. xxxi. Inebriaui aiaꝫ laſſam. ⁊ oẽm aiaꝫ eſuriẽtẽ ſaturaui. Ipi etiã dicere poſſumꝰ ſic dicimꝰ filio. Oĩa a te expectãt vt des ill cibũ i tpe. Itẽ dante te illis colligẽt. apiente te manũ tuã oĩa implebũt bõitate. Auertẽte aũt te faciẽ .i. reſpectũ miſericordie. turbabũt ⁊c. Itẽ alibi i pſ. Oculi oĩm i te ſperãt o maria. ⁊ tu das eſcã illoꝝ i tpe oportuno. Apis tu manũ tuam ⁊ iples oẽ aial bñdictõe. Ipa eĩ dat iumẽtis ſuis .i. ill q̃ ſuoꝝ deferunt onera mãdatoꝝ. eſcã ipoꝝ. fenũ ſcꝫ carnis filij ſui. qñ ſcꝫ p grãm mrĩs digni exiſtũt ſacra ɔmũiõe. Qđ pfiguratũ ē in h q filiũ natũ poſuit i pſepio. Quaſi di. boui et aſino. id ē his q̃ dſignãt p bouem ⁊ aſinũ. q̃ ſunt aĩalia laborioſa ⁊ oneriſera. diceret inquã. Mãducate ecce refectio veſtra. Ipa etiã dat pullis coruoꝝ .i. imitatoribus penitẽtiũ. q̃ deſignãt p coruos. fideliter inuocantibꝰ eam. — B

De ipa etiã q̃ ē fortis mulier dicit puerb. i fine. De nocte ſurrexit .ꝓrq̃ꝫ ꝑmpta ⁊ ſedula. deditq̃ꝫ pdam domeſticis ſuis. ⁊ cibaria ancillis ſuis. De nocte ſurgere. ē in pſentis vite caligine auxiliũ impẽdere. Domeſtici marie ſunt. q̃ illiꝰ obſequijs ſe totos ipendũt. quibꝰ dat triplicẽ pdam. Predã in ſeipis. qñ ſcꝫ rapiẽs a diabolo — B



De theophilo — quos ipſe diabolꝰ pus rapuerat eos reſtituit ſibi ipſis. ſicut patꝫ i theophilo. Peccator enĩ ſic dicit augꝰ ſe nõ poſſidet. ergo nihil. Itẽ qñ p gratiã eiꝰ ſubijciũt carnem ſpiritui i ſeipis. Dat etiã pdam iuxta ſe. dãs grãm ɔuertẽdi alios ab illecebris mundanis. ⁊ reducẽdi ad viã veritatis. Terciã pdam dat eis ſup ſe. impetrãs eis a filio grãm rapiendi regnũ celoꝝ. quod vim patit. Math. xi. Aliter de nocte ſurrexit ⁊c. Duo fructu .ſ. triplici. Primꝰ. q q̃ſdã rapit ab hoſte .i. diabolo. ſic ibi glo. Unde. Predã. Scđo. q raptos ab hoſte incorpat eccĩe. Unĩ. Dedit domeſticis. id ē angelis et fidelibꝰ. q̃b eos vnit q̃s diabolo tollit. Terciꝰ. q eoſdẽ imo ⁊ oẽs fideles reficit multipliciter. Unĩ. Et cibaria ancillis ſuis. — Aug.

Preda multiplex. — C

Prima pda fuit pmi hoĩs actiue. q̃ rape voluit diuinitatẽ. ſicut dicit glo. ibi. Que nõ rapui tunc exoluebã.

Secũda preda ſerpẽtis. id ē diaboli. qui rapuit hominẽ raptorẽ. Unde et eĩ dicit Iſa. xxxiij. Ue q̃ pdaris. nõne et ipe pdaberis.

Tercia hominis terrena rapiẽtis. Iob. xij. Abũdant tabernacla pdonũ

Quarta chriſti hoĩs. q̃ deſcẽdens ad inferos rapuit a diabolo pmũ hoĩem. quẽ diabolus rapuerat. Ephe. iiij. Captiuã duxit captiuitatẽ.

Quinta hoĩs hoĩes rapiẽtis. ſic faciũt pdicatores. Iſa. ix. Exultãt victores capta pda ⁊c.

Sexta ſpũs dei. q̃ rapit ſpm hoĩs. Unĩ actuũ. viij. Spũs dñi rapuit philippũ.

Sequit. Et cibaria pluraliter ancillis ſuis. Hec autẽ ſunt cibaria q̃b ipa reficit ſeruos et ancillas ſuas. ſuis pbus meritis ⁊ exemplis. — D

Gratia. qua nutrit animã et ſaginat. Unde Sap. xvi. dicit de iuſtis. Omniũ nutrici gratie tue deſeruiebant.

Fides. ex qua iuſtus viuit. Abacuc. ij.

Spes. qua paſcit et paſcit familiã ſuã odorib paradiſi. Unde ⁊ maria dicit. Flores mei fructꝰ odoris et honeſtatis et honoris.

Hec cibaria — Caritas. q̃ dr panis oẽ dlectamẽtũ i ſe habẽs ⁊c. Sap. xvi. Que oĩb oĩa facta ē ⁊c.

Bona opãtio. Unde Ioh. vi. Opamini nõ cibũ qui perit.

Caro virginalis. quã ſumimꝰ in ſacramẽto filij. qꝛ caro chriſti ⁊ caro marie vna caro. Unĩ .i. Chorĩ. vi. Erũt duo .i. chriſtꝰ et maria in carne vna virginali. Ideo dicit ipa. Qui edũt me adhuc eſuriẽt. qꝛ q̃ eius dulcedinẽ guſtauerit. adhuc plꝰ de ea deſiderat experiri. Uel aliter. Ipa eſt enĩ cibus et potꝰ imitãtib ſe .i. vba ſua et opa. Uerba. Unde dicit. Qui audit me nõ ɔfũdet. Opa. Unĩ. Qui opant in me nõ peccabũt. Imitatio opeꝝ duplex ē. Uel exẽplo eiꝰ bene opari. ⁊ h eſt edere. Uel exẽplo eiꝰ in ſe extinguere prauas ɔcupiſcẽtias. ⁊ hoc eſt bibere. Iđo dic. Qui edũt me .i. meã ɔuerſatõem ſibi incorpant. adhuc eſuriẽt. qꝛ nõ parit faſtidiũ ſꝫ deſideriũ. Cõuerſatio enĩ ſancta cuiuſcũq̃ꝫ q̃ trahit in exẽplũ cibus eſt reficiẽs et nutriẽs ſpũaliter. Unĩ Ioh. in fine dictũ eſt petro. Paſce exẽplo ſcꝫ. Et iđ mlto fortiꝰ cõuerſatio btẽ vgĩs paſcit. cũ ipſa ſit panis i ſe hñs oẽ dlectamẽtũ. ſap. xvi.

Magni pctõres. Unĩ heſter. xi. Humiles exaltati ſunt. ⁊ deuorauerũt inclitos. id eſt incorpauerunt ſibi ⁊ eccleſie.

Uerbũ dei. Mat. iiij. Nõ i ſolo pane viuit hõ. ſꝫ i oĩ vbo qđ pcedit de ore dei.

Et nota q paſtꝰ iſte q̃ nos paſcit maria. omnino ɔtrariꝰ eſt illi quo filios ſuos pauerunt primi parẽtes. De quo dicit in pſ. Saturati ſunt ſcꝫ adã et eua filijs .i. ad nocumentũ filioꝝ. qꝛ ſentit adhuc ples qđ cõmiſere parẽtes. Patres enĩ noſtri ɔmederũt vuã acerbã. Hiere. xxxi. et Ezech. xviij. et adhuc dentes filioꝝ obſtupeſcũt ⁊c. Sup illud Iob. iij. Nũc enĩ dormiẽs ſilerẽ. dicit gloſa. Si adã nlla peccati putredo corrupiſſꝫ. nullos ex ſe gehẽne filios pcreaſſet. Et dimiſerũt reliquias ſuas paruulis ſuis. Iſte reliq̃e ſunt fames. ſitis. mors et hmõi. Sap. iiij. Ex iniq̃s omnes filij q̃ naſcunt teſtes ſunt neq̃cie aduerſus parẽtes in interrogatiõe ſua. Moraliter intelligit illud de malis operibꝰ peccatoꝝ. q̃ ſcꝫ opa filij eoꝝ ſũt. et in iudicio teſtificabunt q patres eoꝝ iuſte debeant ɔdemnari. — E

Sepdicta ergo cibaria vel fercula dat beata virgo ancillis ſuis .id ē hũilibꝰ. eidem — F

ſeruiẽtibus. Quere ꝓprietates ancille Titulo de appellatõib⁹ marie. Ancilla ergo ⁊ ſeruiẽs beate virgini q̃ talib⁹ cibarijs deſiderat enutriri. Et nota ꝙ his ancillis dant cibaria q̃ ad incipiẽtes, vt poſſint creſcere. Eiſdẽ alligat hoſtis. Job. xl. quo ad ꝓficiẽtes. q̃bus diabol⁹ alligat et vincit. Ipſe etiã mittunt ad ꝑdicandũ. pauer. ix. quo ad pctõres. E cõtrario ꝓ nolẽtib⁹ ei ſeruire videt ipſa dicere Iſa. lxv. Ecce ſerui mei ↄmedẽt, et vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibẽt, et vos ſitietis. Ecce ſerui mei letabunt, et vos ↄfundemi. Ecce ſerui mei laudabũt ꝓ exultatõe cordis. ⁊ vos clamabitis ꝓ dolore cordis, et ꝓ ↄtritõe ſpirit⁹ vlulabitis. et interficiet vos chriſtus filius meus.

Vceſimaſeptima. Quia cũ ſit mater ſapientie q̃ eſt fili⁹ dei. in lege filij miſericorditer inſtruit ſeruos ſuos. Vñ de ea dicit Sap. vij. [Amicos dei ⁊ ꝓphetas] i. ſapiẽtes [cõſtituit.] Ipſa etiã dicit eccl. xxiiij. [Adhuc doctrinã q̃ſi ꝓphetiã effundã. et relinquã illã quereñtib⁹ ſapientiã. Adhuc doctrinã] ſcȝ paupertatis humilitatis et caſtitatis [quaſi ꝓphetiã] i. in ſignũ futuri. Doctrinã iſtã effudit ipſa abũdãtius. q̃n ordines ſunt inſtituti ad honorẽ eius. Vbi lucet doctrina virginitatis ꝑ votũ caſtitatis cõtra luxuriã. paupertatis ꝑ abrenũciatõem ꝓprietatis ↄtra auariciã. humilitatis ꝑ votũ obedientie cõtra ſupbiã. Et hoc eſt triduũ in deſerto religionis. Exo. iij. Itẽ triduũ dñice ſepulture. in q̃ hõ cõſepelit chriſto. ꝑ q̃d repat trinitas mentis. ⁊ venit ad triduũ remuneratõis. Effudit autẽ [doctrinã q̃ſi ꝓphetiã] q̃r ꝑ hãc ꝑdicitur caſus mũdi. et gl̃ia regni. Johel. ij. Propheta bũt filij veſtri ⁊ filie veſtre. intrãdo religionẽ. ↄtẽnendo mundũ. anhelãdo ad regnũ. Itẽ Zacha. iij. Audi ieſu ſacerdos magne. tu ⁊ amici tui q̃ habitãt corã te. q̃r viri portẽdẽtes ſunt. Jeſus ille ſacerdos magn⁹ chriſtũ ſignat. q̃ ſe obtulit ꝓ nobis in cruce. amici ei⁹ omnes ſancti, q̃ ſunt viri portẽdentes. portẽtũ enĩ eſt ſignũ. Seqtur. [Et relinquã illã q̃rentibus ſapientiã. Querẽtibus] dicit nõ inueniẽtib⁹ i. illis q̃ ſunt in ſtudio q̃rendi. nõ in ꝓſumptõe habẽdi. Jaco. iiij. De⁹ ſupbis reſiſtit. [Sapiẽtiã] nõ mũdi, ſcȝ dei. quã deſcribit Jaco. iij. Sapiẽtia q̃ deſurſum eſt ⁊c. Aliter. [Adhuc doctrinã] i. noticiã figurarũ. q̃s reuelat ꝑ grãm ſuã cui vult. q̃n vult. ⁊ q̃ntũ vult [q̃ſi ꝓphetiã] i. ſine falſitate ⁊ cũ omni veritate. Siq̃dem q̃r prima bibit de fonte eterne ſapiẽtie. reuelare pt cui vult archana ſecretoꝝ dei. Ipſa eſt enĩ rebecca. q̃ de hydria ſua potauit heliezer ⁊ camelos. Gene. xxiiij. Seruias ergo deuote matri ſapiẽtie. ⁊ cibabit te pane vite ⁊ intellect⁹. et aq̃ ſapie ſalutaris potabit te. Quã ſcȝ ſapiẽtiã nõ apphẽdent hoĩes ſtulti. ⁊ cui obuiabũt hoĩes ſenſati. Eccl. xv.

A

B

C

Vceſimaoctaua. Quia ſi receſſerit a te ꝓpiciatio ei⁹ ꝓpter pctã tua. q̃ cito penitueris reuertet ad te. Vñ dicit cũ filio Zach. i. Cõuertimi ad me ⁊ ego conuertar ad vos. Vñ etiã deſiderãs cõuerſionẽ nr̃am ad ſe et filiũ ſuũ, dicit cũ filio aĩe peccatrici Cãti. vi. [Reuertere reuertere ſunamitis ⁊c. vt intueamur te] reſpectu miſericordie. Exẽplũ q̃d narrat petr⁹ damian⁹ quõ ꝓpiciatio ei⁹ reuerſa ẽ ad q̃ſdã fratres q̃ ſeruitiũ eius intermiſerãt. Quere infra iij. particula. ca. xviij. de nõ intermittẽdo ſeruitio eius.

Petrus damian⁹

Vceſimanona. Quia ſal⁹ noſtra in manu illi⁹ eſt. vt ei dicere multo veri⁹ valeamus nos chriſtiani q̃s dixerint egiptij ioſeph Gen. xlvij. Sal⁹ nr̃a in manu tua eſt. reſpiciat nos tantũ dña nr̃a. et leti ſeruiem⁹ regi filio ei⁹. Ipſa enĩ bene pt figurari ꝑ ioſeph, q̃ interpretatur augmentũ vl' accreſcẽs. quia ei accreuit gratia fecũditatis ſuper gratiam virginitatis. Ideo Eccleſiaſtici. xxvi. dicitur de ea. Gratia ſuper grãm ⁊c. Ipſa eſt enĩ cauſa ſalutis generis humani. ⁊ q̃dam rõ et ↄplemẽtũ poſt filiũ ſuũ oĩm que facta ſunt et q̃ futura ſunt.

Vceſima. Quia ſeruiẽdo ei acq̃runt dies gr̃e ⁊ gl̃ie. Unde dicit ſeruo ſuo puerb. ix. Per me mlťiplicabunt dies tui. ⁊ addent tibi anni vite. Vñ etiã de ſeruis ſuis et filijs dicit. Dies pleni inuenient in eis. Prouer. iij. [Lõgitudo dierũ in dextera ei⁹] quib⁹ remunerat ſeruiẽtes ei ex caritate. [⁊ in ſiniſtra illi⁹ diuitie et gl̃ia.] Diuitijs enĩ et gl̃ia mũdana forte remunerant aliq̃ ſeruiẽtes ei. cũ ſint indigni retributõe eterna. Unde dictũ eſt nabuchodonoſor q̃ vindictã dñi exercens



erat in tirũ Ezech. xxix. ſub aliis verbis. Quia ſeruiſti mihi i tiro dabo tibi egiptũ. Nullũ enĩ bonum irremuneratũ.

Vceſimaprima. Quia poſt filiũ dña eſt vniuerſe creature. Vñ ⁊ dña interpretat. ⁊ ideo ipſi tanq̃ dñe ſeruiendũ. Ideo videt ei dixiſſe tota btã trinitas illo yſa. xlv. [Labor egipti. ⁊ negociatio ethiopie. ⁊ ſabaim. Viri ſublimes ad te trãſibũt, et tui erũt.] Per om̃es iſtos ſignat marie poteſtas ſup iuſtos q̃s pregit. ⁊ ſup peccatores q̃s cõuertit. [Labor egipti] pctõres laborãtes in vicijs mũdi. Hieremi. ix. Ut iniq̃ agerẽt laborauerũt. Egiptus tenebre vl' meror. Tenebre. q̃r amor mũdi excecat. Vñ thobias excecat⁹ ẽ ſtercoꝛib⁹ hirundinũ. Hirũdines ſancti ſunt. q̃r tẽporalia reputãt ſtercora. cũ aplo ad Phil. iij. vt chriſtũ lucrifaciãt. Quib⁹ ſcȝ ſtercorib⁹ excecant amatores mũdi. Meror. Prouer. xiiij. Extrema gaudij luct⁹ occupat. [Negociatio ethiopie] Hoc cõuenit auaris, q̃ aĩas ſuas habẽt venales. Eccleſiaſtici. x. [Ethiopie] ꝓpter nigredinẽ. quia eſt⁹ auaricie denigrat eos et exurit. [Sabaim] vel ſabba captiuus. hi ſũt ſupbi, q̃s rex ſupbie captiuat. Job. xli. [Viri ſublimes] inteq̃ ↄuerterẽt et marie darent. ſcȝ ꝑ ſupbiã. poſtea ſublimes facti ꝑ virtutes [ad te trãſibũt et tui erũt.] ſerui ſcȝ et tributarij. ſingul' diebꝰ faciẽtes ſeruitium tibi. et ſoluentes q̃ſi tributariã penſionẽ. Sequit i autoritate yſaie. xlv. [Poſt te] quaſi adoleſcẽtule poſt reginã. ancille poſt dñam [Ambulabũt] de virtute in virtutẽ. donec videant deũ deoꝝ in ſyon. [Vincti manicis pgent.] Neceſſe eſt ei ſeruis marie vinctas habere man⁹ manicis pceptorũ dei. ne extẽdant eas ad illicita. [Et te adorabũt, teq̃ deprecabunt.] petẽtes reſpectũ miſericordie tue et dicẽtes. [Tm̃ in te eſt de⁹ verus ⁊c.]

Vceſimaſecũda. Quia q̃ diligit et honorat matrẽ domini, ſecure pt a prẽ ⁊ filio ei⁹ petere miſericordiã. Vñ ps. dicit patri vl' filio. [Dñe dilexi decorẽ domus tue.] q̃ cõſiſtit in virtutib⁹ et donis gratiaꝝ. et priuilegijs meritoꝝ. Domus iſta beata virgo. Vñ. Sapiẽtia edificauit ſibi domũ. Prouer. ix. [Et locũ habitatõis gl̃ie tue] i. filij tui. q̃r gl̃ia patris filius ſapiẽs. Prouer. x. Loc⁹ iſte vter⁹ virginalis. Et bene dicit [locũ habitatõis gl̃ie tue] i. vteꝝ virginalẽ vbi glorioſe habitaſti. et quẽ inhabitãdo glorioſum effeciſti. Caſſiodor⁹ de dño. Glorioſum efficit, q̃cquid inhabitare dignat. Et ſubiũgit ps. Ergo [ne ꝑdas cũ impijs de⁹ animam meam ⁊c.]

Caſſiodorus

Vceſimatercia. Quia ꝑ incarnatõem verbi q̃ in ea facta eſt redit peccatrix aĩa ad eccľie vnitatẽ. Vnd Hiere. xxxi. Reuertere virgo iſrl', reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſq̃ q̃ delicijs diſſolueris filia vaga? Quia creauit dñs nouũ ſup terrã. Mulier circũdabit virũ.

Vceſimaquarta. Quia ꝑ mariã et chriſtũ quẽ ꝑ mariã habuim⁹ q̃cquid ꝑdideramus ꝑ adam ⁊ euã, nobis eſt reſtitutũ. Beat⁹ bern. Uehemẽter nob vir vn⁹ et vna mľier nocuerũt. ſed ꝑ vnam mľierẽ et vnũ virũ omnia nobis reſtaurãt nõ ſine magno fenore gratiarũ. Non enĩ ſicut delictũ ita et donũ. excedit enĩ dãni eſtimatõem hñficij magnitudo. Sufficere q̃dem poterat chriſt⁹. q̃r ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. ſed nõ erat bonũ hominẽ eſſe ſolũ. Congruũ magis erat vt reparatiõi coꝝ neuter ſexus deeſſet. q̃ꝝ corruptiõni neuter defuerat. Ideo dicit eccl. xxxiij. Duo cõtra duo. vnũ cõtra vnum. Magiſter richard⁹ de ſctõ victore. Per marie puerperiũ recepit gen⁹ humanũ q̃d in ꝑmo parẽte amiſerat. et deiect⁹ eſt ille q̃ ꝑmũ parentẽ deiecerat. ⁊ erectus ille q̃ ꝑus deiectus fuerat. ⁊ recuperauit honorẽ quẽ amiſerat. ⁊ ablatũ eſt ꝑ filiũ ei⁹ opprobriũ noſtrũ. ⁊ deletũ improperiũ noſtꝝ. Quale improperiũ? Illõ de q̃ legit. Hõ cũ in honore eſſet nõ intellexit, cõparat⁹ eſt iumentis inſipiẽtib⁹ et ſimilis fact⁹ eſt illis. Factus eſt enĩ homo ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei. grandis honor. Sed nõ intellexit. Ideoq̃ deſpexit. Deſpecta vero atq̃ reiecta ſilitudine dei, trãſfigurauit ſe ad ſimilitudinẽ iumẽti. Ecce quale dedec⁹. Iuxta magnitudinẽ honoris, magnitudo dedecoris. Vñ opprobriũ et improperiũ. Et iõ iuſte opprobria exprobrãtiũ ceciderũt ſup eũ. Ideo i ꝑſona generis humani clamat ꝓpha ad dñm. Aufer a me opprobriũ ⁊ ↄtẽptũ. Et exaudit⁹ eſt,

Beri.

Magiſter Richard⁹ de ſctõ victore

q̄ndo de⁹ ɔformauit ſe ad illā q̄ hō trāſformauerat ſe ſilitudinē hūanā q̄ a ſe reie-
cerat diuinā. Et deus fact⁹ eſt quaſi vn⁹ ex nobis ꝓpter ſuā hūanitatē. Et q̄d di
ctū erat ꝑ yroniā de adā. eccẽ adā fact⁹ eſt q̄ſi vnus ex nobis ſciēs bonū et malum.
poſſunt ex ſententia iā dicere pater et ſpūſſanct⁹ de adā ſecūdo ſcꝫ chriſto hoīe. Ec-
ce adā ſecūdus fact⁹ ē q̄ſi vn⁹ ex nobis. ſciēs bonū et malū ꝓpter ſuā diuinitatem. A
E Rioceſimaquinta. Quia ex partu et conceptu ei⁹ accreuit hūane nature ꝓro-
gatiua ꝛ dignitas mirabil. ex eo ſcꝫ ꝙ fili⁹ dei mundū redēptur⁹ nō aſſūpſit
angelicā naturā ſed hūanam in ea ꝛ ex ea. Heb. ij. Nuſq̄ angelos apphēdit. ſꝫ ſe-
men abrae apphēdit. Et h̄ fuerat ꝑfiguratū Geñ. xxviij. vbi ſic legit. Uocauit iſa
ac iacob. et bñdixit. ꝑcepitq̄ ei dicēs. Noli accipe ɔiugē de genere chanaan. ſꝫ ꝓfi
ciſcere in meſopotamiā ſyrie ad domū bathuel patrꝭ matris tue. ꝛ accipe tibi vxo
rē de filiabꝰ laban auunculi tui. Et ſunt ꝟba dei prīs ad filiū carnē ſūpturū. Cha
naan ſicut dicit̄ interpͣtat̄ poſſidēs domū. ꝛ ſigt̄ angelos q̄ in celeſti domo ſꝑ aſſi-
ſtūt dño. De quoꝝ genere noluit de⁹ pater vt fili⁹ ſibi copularet vxorē. i. aſſume
ret naturā. Meſopotamia interpͣtat̄ eleuata. Syria ſublimis. Hec eſt hūana na-
tura eleuata ꝛ facta ſublimis. ex q̄ eam aſſumpſit ſibi fili⁹ dei. Sꝫ nō ad quācūq̄.
ſed ad domū bathuel mittit̄. i. ad btām ꝟginē. Bathuel eni virgo dei. vl̄ caſt⁹ do
interpͣtat̄. Quia h̄ ꝑuilegiū btē virgini ſeruabat̄. Et ibi accepit vxorē de filiab⁹ la
ban. q̄ interpͣtat̄ candidatio. i. de puriſſimis et mūdiſſimis ſāguibꝰ btē ꝟginis car
Damaſcenus — nē. ſicut dicit damaſcen⁹. Et de ꝟgine voluit naſci. ad denotādū ꝙ eccliam virgi B
nē ſibi virgini copularet. ij. Chor. xi. Deſpōdi vos vni viro ꝟginē caſtā exhibere
chriſto. Et ex h̄ maxima dignitas accreuit hūane nature. q̄ antea vilis erat. ꝛ cla
mabat ad dñm Treñ. i. Uide dñe ꝛ ɔſidera. quoniā facta ſum vilis. Sꝫ poſt in-
carnatōem dicit chriſto. Cū glīa aſſumpſiſti me. ꝛ facta ſum glīoſa. ſicut innobil̄
mlier ſublimat̄ cū a viro nobili in mřimoniū aſſumit̄. Et hoc eſt ꝙ omne pctm̄ p⁹
incarnatōem ſaluatoris grauius eſt q̄ ante. Sicut ignominioſi⁹ ē viro nobili vilit̄
agere q̄ innobili. Siq̄dē hūana natura ꝑ euam fuerat ſathane pedibꝰ ſubſtrata.
ſed modo ꝑ mariā ſuꝑ angelos eſt exaltata. Et quā ꝑ euā diabolus traxerat in i-
teritū. mō ꝑ mariā angelorū ꝓcedit meritū. Et q̄ ꝑ euā facta eſt ignominioſa. ꝑ ma
riā ꝑ angelis facta eſt glīoſa. Intrauerat eni ꝑ euā mors in mūdū. Sap. ij. Sꝫ ꝑ
empta ē mors ꝑ marie puerperiū. Uñ fili⁹ dic̄ Oſee i ſi. O mors ero mors tua ꝛc̄.
Itē hoc mřimoniū ſuꝑdictū ſigtū ē ꝑ mřimoniū heſter ꝛ aſſueri. Aſſuer⁹ q̄ interpͣta C
tur btūs. chriſt⁹ ē. Heſter abſcōdita vl̄ exaltata. Hec eſt natura hūana pus a dō
abſcōdita ꝑ peccatū ade ꝛ eue. Sed ineffabilit̄ exaltata qñ a chriſto aſſūpta. Uñ
Petrus caypbas — petr⁹ caypbas. Maritari noluit ꝟbū patrꝭ alti⁹. nubere nō potuit caro glorioſi⁹.
Nō etiā ꝑ h̄ matrimoniū vehemēter magnificat⁹ ē. Qd̄ admirās iob. vij. dic̄ dño
Quid eſt hō q² magnificas eū ꝛc̄. Et pſ. Quid eſt hō ꝙ memor es ei⁹. ſcꝫ ꝑ eū fi
liū incarnādo. Nā antea videbat̄ pater oblit⁹ hoīs. Unde in ꝑſona antiq̄ꝝ dice-
bat dauid. Uſq̄ q̄ dñe obliuiſcerꝭ me i finē. vſq̄ q̄ auertꝭ faciē tuā a me. i. filiū tuū.
Ideo orabat. Memēto nři dñe in bñplacito populi tui. i. in filio. viſita nos i
ſalutari tuo. hoc eſt in eodē filio.
E Rioceſimaſexta. Quia volēs nos obtinere victoriā vt ꝑueniam⁹ ad coronā.
ſciēs q² nō coronabit̄ niſi q̄ legitime certauerit. ij. Thim. ij. ꝓcurat forte bel-
la ꝛ tēptatōes amatoribꝰ ſuis. ꝛ ipos q̄nq̄ ꝑmittit tribulari. Sed facit cū tēptati
one ꝓuentū vt valeāt ſuſtinere. i. Chor. x. et eis ꝟtutē ſubminiſtrat. vt ſic ꝑueniāt ad
coronā. Nā ipa eſt q̄ ꝓcibꝰ ſuis meritis et exēplis dat laſſo ꝟtutē. ꝛ his q̄ nō ſūt
ſcdm ſuā reputatōem. i. hūilibꝰ fortitudinē ꝛ robur mltiplicat. Iſa. xl. Idcirco de
ipa ꝑt intelligi illō Sap. x. Certamē forte dedit illi. i. amatori ſuo. vt vinceret
ꝛ coronā acq̄reret q̄ ſolis victoribꝰ tēptationū ꝓmiſſa eſt. Et ſciret ꝑ experientiā q̄-
tuā omniū potētior ē ſapiētia. i. maria. q̄ emphatice dicit̄ ſapiētia.
E Rioceſimaſeptima. Quia q̄ ſeruiūt ei in pſenti. glīoſiſſimā illi⁹ faciē viſuri ſūt
in futuro. Uñ iob. xxxiij. dicit de maria. Placabil̄ ei erit. ſcꝫ ſeruo ſuo. ꝛ vi
debit ſcꝫ ipe ſeru⁹ faciē eius in iubilo. Apocal. xxij. Seruiēt ei ꝛ videbūt faciē



eius. Sap. vi. In vijs ſuis oſtēdet ſe illis hilarit̄. Et hec oſtēſio in pſenti ꝑ grā
tiā eſt ꝛ fidē. Ambula ꝑ vias eius q̄ ſunt hūilitas. puritas. pietas. paupertas. obedi
entia. et hmōi. et obuiabit tibi in futuro q̄ſi mater honorificata. Eccl. xv. De hu-
iuſmodi vijs dicit̄ puer. iij. Uie ei⁹ vie pulcre. i. mūde ab omni pctō. Et oēs ſe-
mite illi⁹ pacifice. Quia ſummū ei⁹ ſtudiū eſt filio ſuo pacificare pctōres. Quere
de vijs ei⁹. Rogāda eſt igit̄ aſſidue vt doceat nos vias ſuas. et faciat āmbulare i ſemi
tis ſuis. Iſa. ij. Quas q̄ in pſenti tenuerit. reginā in ſuo decore videbūt oculi eius.
Aug⁹ — Iſa. xxxiij. Et qui inuiſitur eā erūt ex pte illi⁹. Sap. ij. Uidet̄ ei ipa dicere filio. ſi-
cut fili⁹ patri. Iohā. xvij. Uolo fili vt vbi ego ſum illic ſit ꝛ miniſter me⁹. Rogāda ē
aūt maria vt velit. q² ſi vult neceſſe ē fieri. ſicut dicit aug⁹ de domino.
E Rioceſimaoctaua. Quia glorioſo fructu vētris ſui remunerabit ſuiētes ſuos.
Unde depingit̄ in imaginibꝰ ſuis filiū tenēs q̄ſi ad dandū illū ſeruitoribꝰ ſu
is. cū ipa ſit pagatrix opariorū. Uñ. Filij merces fruct⁹ ventris. Quē fructū ipa
ɔmendās vt ꝑ ipo habēdo ſeruiat̄ ei auidi⁹. dicit puer. viij. Melior eſt fruct⁹ me⁹
auro et lapide pcioſo. ꝛ genimina mea argēto electo. Propter qd̄ q̄ſi aſſidue dicē
dū ē ei. Bñdict⁹ fruct⁹ vētris tui. Merx eni valde ɔmēdata et laudata nō ꝑ adula
tōes ſꝫ ꝑ veritatē libēter dare ſolēt illi q̄rū res ē ɔmēdatoribꝰ ſuis. ſic ē bono vino
et hmōi. Sꝫ ꝓchdolor plꝰes ſeruos habet ven⁹ ſordidiſſima. q̄ maria puriſſima.
E Rioceſimanona. Quia ſeruoꝝ ſuoꝝ aīas de corꝑibꝰ exeūtes ꝓtegit ab incur-
ſu aeriaꝝ poteſtatū. q̄bus eſt terribil̄ vt caſtroꝝ acies ordiata. ſicut ſepe legit̄
in miraculis ei⁹. Fugiūt eni q̄ oderūt nos a facie ei⁹. ꝛ ipa exurgēte in adiutoriū
noſtꝝ diſſipant̄ inimici ſui ꝛ noſtri. Cuſtodit eni exēplo filij aīas ſeruoꝝ ſuoꝝ. ꝛ ē
manu peccatoris liberabit eos. Uñ ſap. x. Eos q̄ ſe amāt a doloribꝰ ɔſuabit. Ibi-
dem. Cuſtodiuit illū ab inimicꝭ ꝛc̄. Prouer. iiij. Ne dimittas eā ꝛ cuſtodiet te. dili
ge eā ꝛ ɔſuabit te. vt ſup. xxiiij.
Q Uadrageſima. Quia glīficabit in futuro ſeruiētes ſibi. ꝛ honorificātes ſe in
pſēti. Uñ dicit cū filio. i. Regū. ij. Quicūq̄ honorificauerit me glīficabo eū.
q̄ autē ɔtemnūt me erūt innobiles. Ipa eni eſt mlier grācioſa. q̄ inuenit grām̄ ꝛ glo-
riā. nō ſolū ſibi. ſed et nobis. q² grāꝝ et glīam exemplo filij dabit dña nřa. De his
autē q̄ ɔtemnūt ſeruitiū ei⁹ nolētes ipam orare vl̄ collaudare. videt̄ ei fili⁹ dice-
re illud hiere. vij. Noli orare ꝑ pplo iſto. nec aſſumas ꝓ eis laudē ꝛ oratōes. ꝛ non
obſiſtas mihi. q² nō exaudiā te. Qd̄ ſigtū eſt in hoc ꝙ ſalomō nō exaudiuit matrē
ſuam orantē ꝓ adonia. iij. Regū. ij.

## Incipit ſecūda particula ſecūdi libri

in qua agit̄ quō maria de ſingulis mēbris ſuis et ſenſibꝰ nobis ſeruiuit in filio ſi
et ſuo. ꝛ adhuc nō ceſſat nobis benefacere ex eiſdē.

### Prefatio in particulā ſecūdā

## Aſſignata cauſa multiplici qua

re mři creatorꝭ ſuire debeat rōnal̄ creatā. hō videlicꝫ ꝛ angel⁹. reſtat
A aſſigñre vñ ꝛ quō ꝛ a q̄bꝰ ꝛ q̄libꝰ eidē ſuiēdū. Maria ſiq̄dē vt dictū ē
lignū vite ē his q̄ velut manu duplici amore ꝛ ſuitio apphēderit eā.
Et ſic arbor ſecūda neſciēs ſteril̄ ꝑmanere. vniuerꝭ ꝛ ſingul̄ ramis ſuis ꝛ frōdibꝰ
poſſidētibꝰ ſe r̄ddit fructū. ſic maria toti mūdo ꝛ marie ſuiē ꝛ ſpēalibꝰ ſuiſ. vniuerꝭ
ꝛ ſingul̄ mēbrꝭ ſuis tulit ꝛ reddidit fructū vite. ſic q̄ſi plubādo īferi⁹ oſtēdem⁹. Et
ꝑ grāꝝ fluēta q̄ iugiter haurit ē fōtibꝰ ſaluatorꝭ ꝛ amicꝭ ſuis refūdere nūq̄ ceſſat.
referūt ꝛ ipi fructū vite. cui⁹ guſtu ɔſideriū ipoꝝ ſatiabit̄ ineternū. Et ꝓpt h̄ videt̄ ipa
q̄ſi ɔminari cū filio yſa. penl̄. his q̄ ſibi ſuire negligūt i pſēti. Ecce ſerui mei come-
dēt ꝛ vos eſurietꝭ. ꝛ cetera mlta. Debem⁹ igit̄ ꝛ nos ſingul̄ marie mēbrꝭ ſuitiū ali-
qd̄ ſpeciale. vt ad locū vnde exeūt flumina reuertāt̄ vt iterꝝ fluāt. Ecc̄es. i. Ad h̄ aūt

R

In nobis etiã cũ ſit q̃ſi os dñi. Hiere. xv. ꝑcioſum ſepat a vili. aliaꝫ. ſ. a pctĩs ⁊ vi- lectõe mũdi. Os .ſ. ſeruãl ſuũ. ſ. ꝑal aguit ſapiẽtie. ſ. q̃ ẽ fili⁹ dei attrahẽde. H̃ ẽ ad ſe tra hẽde. q̃ñ virginitatẽ vouit. Nã ꝑ votũ iſtõ adamauit eũ vnigenit⁹ dei. Itẽ ſapera it os .ſ. ſui intellect⁹ .ſ. ſapie .ſ. hauriẽde ꝑ ſtudiũ. os .ſ. affect⁹ .ſ. ſapie .ſ. attrahẽde ꝑ deſi deriũ. De p̃mo dr̃. Api os meũ ⁊ ſpledo illõ. De ſcdo. Os meũ apui ⁊ attraxi ſpi ritũ .ſ. i. intelligẽtiã ſpũalẽ. Sic aũt impleta ſapiẽtia duplici i medio p̃minũe ec deſie apuit os ſuũ. Nã apl'oꝝ mgr̃a facta eſt. q̃ noſtri poſtea mgr̃i facti ſũt. ⁊ a ſcẽ dente dño ipos nouũ docuit teſtamẽtũ. qð ad docẽdos nos ĩdẽ apli ꝯſcpſerũt.

De dentibꝫ ſeruiuit nobis maria Capitulũ viij.

Entes eĩ⁹ eburnei maſticarũt vt pie credit̃ꝑ paulo filio q̃ dat⁹ eſt nob cibũ ſuũ. pũt eſt mos nutricꝫ. Senſus aũt eĩ⁹ ⁊ ſtudioſitas. q̃ duo ſignt̃ i dẽtib⁹. ſibi ipi maſticarũt attriuerũt ruminauerũt. ⁊ aĩe ſue incorpauerũt. veluti virẽtes herbas diuinaꝝ ſentẽtias ſcp̃turaꝝ. Nobis etiã oñdit m̃lta ambigua diuĩe ſapiẽtie ſtudẽ tibus in ꝟbis ipi⁹ et geſtis. Vñ et ipa p̃mittit Ecci. xxiiij. Adhuc doctrinã q̃ſi ꝓ phetiã effundã. Quere ſupra particla p̃ma. cauſa. xxvij.

De lingua ſeruiuit nobis maria Capitulũ ix.

Ingua eĩ⁹ eucharis q̃ calam⁹ erat ſcribe velociter ſcribẽtꝫ. ſcꝫ ſpũſſcti. Ipſo ſcriba mouẽte calamũ. eructauit illõ ꝟbũ bonũ melliſluũ ⁊ ſuaue. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm ꝟbũ tuũ. In h̃ aũt ꝟbo nectareo incõtinẽti exhilarauit de ſalute noſtra ſollicitũ regẽ celi. ꝙ q̃ſi fact⁹ imemoꝛ iniurie p̃moꝝ pentũ. a ſede regali ſta tĩ deſcẽderet. velut depoſito diademate glie. ⁊ celos dirũpẽs exiliret eodẽ momẽ to ð ſinu patrio i vteꝝ ꝟginalẽ. vociferãs illõ ꝓuerb. viij. Delicie mee eẽ cũ filijs hominũ. In iſto etiã ꝟbo fuit nobis lingua eĩ⁹ lingua curatõis. lingua mitigatõ nis. lingua miſicoꝛdie. Ecci. xxxvi. Nã reſpõdẽs hũilit et obediẽter curauit egri tudinẽ rũſiõis eue. Lingua eñi eue diabolo ſub dubio rñdentꝫ. et guſtũ ligni ve- titi viro ſuo ſuadentꝫ. ⁊ peccatũ ſuũ ſerpẽti attribuẽtꝫ. totã ꝓgeniẽ ex ſe naſcituRã letaliter vulnerauit. ꝑadiſi portã cũctꝫ obſerauit. ⁊ dei iracũdiã ad vindictã ꝓuoca uit. Sed lingua marie infirma curauit. clauſa patefecit. ⁊ irã dñi deliniuit.

De gutture ſeruit nobis maria Capitulũ x.

Uttur eĩ⁹ qð vino optimo ꝯꝑabile eſt. i. ꝟba q̃ ꝓcedũt de gutture. more vini dolores releuãt afflictoꝝ. ⁊ mẽtes coꝝ alienãt a ſenſu carnali. ſuauiter pũgunt ⁊ ſtimulãt hñfacere pigritãtes ad currẽdũ viã. viã mãdatoꝝ dei. amãdũ ⁊ oꝛãdũ. Sapida ꝟo ſunt chriſto ꝑ deuotõem in ꝑcibꝫ. ⁊ pũgũt coꝛ eĩ⁹ vt inde miſerꝫ dicã ant miſicoꝛdiã. ⁊ ſic ipm inebriãt. vt eũ faciãt obliuiſci delictoꝝ nr̃oꝝ.

De collo ſeruit nobis maria Capitulũ xi.

Ollũ eius. ipa videlicꝫ que dicit̃ collũ eccl'ie. chriſto capiti aureo corp⁹ ſuũ iũn git. qð eſt eccl'ia. ⁊ h̃ dupliciter. Nã chriſtũ genuit deũ et hominẽ q̃ eſt noſtꝝ caput vt noſter fieret emanuel. et q̃ntũ in ſe eſt nos peccãdo diſiũctos ab eo. ſuis oꝛatõibꝫ eidẽ iteꝝ recõiungit. Itẽ. Sicuti ꝑ collũ interioꝛ aer emittit̃. exterioꝛ ꝟo intus attrahit̃. ſic ꝑ ipam deuotio nr̃a deo p̄ſentat̃. ⁊ ab ipo nobis miſericoꝛdia re donat̃. Itẽ. Sicuti ſaliua ab ipo capite mediãte collo in corp⁹ traijcit̃. ſic ꝑ ipam hũano generi a deo trinitate gratia impetrat̃. Item. Sicut collo mediãte deſcen dit in coꝛpus q̃cquid ei eſt neceſſariũ. cibi. potus. potatõẽs. medicine ⁊ hmõi. ſic ꝑ ipam deſcendit ad nos fili⁹ dei q̃ vera eſt medicina. cui⁹ caro et ſanguis ẽ cibꝫ et potus. qꝛ ꝑ mariã panẽ angeloꝝ mãducauit hõ in ſacramento altaris. Item collo ꝟba ꝓferũt̃. Et maria bonũ ꝑ nob loq̃t̃ i ꝯſpectu dĩ. q̃ñ nr̃a ẽ aduocata. nec fraudare eã vult aut p̄t vnigenit⁹ ſuus volũtate labioꝝ ſuoꝝ.

De brachijs ſeruiuit nobis maria. Capitulũ xij.

Nã brachijs eĩ⁹ et humerꝫ trãſlatus ẽ fili⁹ in egiptũ. ⁊ reuect⁹ in terrã iſrl'. In q̃ ſignatũ eſt ꝙ ꝑ ipam habituri eſſent deũ q̃ p̃us idolis ſeruiebãt. ⁊ ex dono eĩ⁹ tandẽ in regno iſrl' cõſpecturi eſſent regẽ in ſuo decoꝛe oculi beatoꝝ. i. Petri. i. In quem deſiderãt angeli ꝓſpicere.

De manibus ſeruiuit nobis maria Capitulũ xiij.





An⁹ eĩ⁹ toꝛnatiles auree. plene iacinctꝫ. nob mẽbꝛa nutrierũt vnigeniti dei. q̃ bus velut herbis medicinalib⁹ i moꝛtariolo paſſiõis hũillime ꝯtritꝫ multipli citer tribulatiõnũ piſtill'. ⁊ diſtẽperatꝫ liq̃re ſanguis. nr̃is lãguoꝛibꝫ ⁊ peccatꝫ cõfe- cta eſt ꝯpetẽs medicina. Qui videlicꝫ languores ꝯpetẽter ſanari neq̃bãt niſi ſola paſſiõe vnigeniti dei. Toꝛnatiles aũt deſcribũt man⁹ iſte. nã ſicut ars toꝛnatura ꝓmptioꝛ eſt alijs artibꝫ celerit̃ opando. ſic maria velocioꝛ ceterꝫ ſanctꝫ oĩbus mi- ſeris ſubueniẽdo. vt dicere de ipis miſeris videat̃ cũ filio illõ Iſaie. lxv. Añq̃ cla- mẽt ad me exaudiã eos. Dicit̃ etiã de man⁹ auree ꝓpter ſapiẽtiã. q̃ ſignat̃ in au- ro. nã tã ſubtiliter miſericoꝛdiã miſerꝫ impẽdit ꝙ diuĩe iuſticie ſigillũ nũq̃ frãgit. In auro etiã caritas notat̃. nã ex mera caritate oĩno indignis miſereri ⁊ bñfacere ꝯꝓbat̃. Dicunt̃ et plene iacinctꝫ. Plene nã q̃ntũ in ſe eſt dat oĩbꝫ affluenter. cuꝫ ſit ſũme diues. ſumme etiã liberal'. Quere libro. iiij. titulo. xxij. ð miſicoꝛdia ⁊ lar- gitate ipi⁹. Iacincti ſunt lapides coloris etherei. qꝛ q̃cq̃d boni facit celeſti reful- get intẽtõe. ⁊ de fonte ꝓcedit eterne ſapie. Habꝫ etiã iacinct⁹ gr̃iã impetrãdi. naꝫ q̃cq̃d ꝯplacet ei dare facillime oꝛãdo impetrat ab vnigenito ſuo. q̃ nõ ſoluꝫ dat ei ſm ꝙ petit. ſꝫ etiã ipaꝫ incitat ad petẽdũ. Ad qð figurãdũ dixiſſe legit̃ ſalomõ ma tri ſue. iij. Reg. ij. Pete mr̃ mi. neq3 eñi fas ẽ vt auertã faciẽ tuã. Hoc idẽ legit̃ ſub figura iſta dixiſſe aſſuer⁹. q̃ chriſtũ d̃ſigt̃. heſter q̃ figurat mariã. Heſter. vij. Que eſt petitio tua heſter. ⁊ q̃d vis fieri. etiã ſi dimidiã regni mei partẽ petierꝫ. ipetrabꝫ. Ad quẽ illa rñdit. Si inueni gr̃am in ocul' tuis. da mihi pplm meũ ꝓ q̃ obſecro. Ecce quõ poſtulat maria ꝑ ſeruiẽtib⁹ ſuis. Iacinct⁹ etiã in ſereno clar⁹. in obſcu ro ⁊ nubilo apparet obſcur⁹. Nã illumĩati ꝑ gr̃aꝫ de ipa digne ſentiũt. ⁊ ei ſuiũt ex amoꝛe. tenebroſi ĩfidelitate ⁊ vicijs. honoꝛẽ ⁊ ſuitiũ ipi⁹ ꝑuipẽdũt. Cũ ſit ẽ li- beraliſſima et abũdãs ex dono filij oĩ cariſmate ſpũali. manũ ſuã ſp apit inopi. ⁊ extẽdit palmas ad paupes. Nã ipa ẽ ciſterna bethleẽ iuxta portã volẽs oẽs q̃ tiũ ſciũt ſatiare. Vñ clamare ñ ceſſat. Trãſite ad me oẽs. ⁊ a generatõibꝫ meis ĩplemĩ.

De vberibus ſeruiuit nobis maria Capitulũ xiiij. Lr̃a.

Acris vberibus miniſtrauit lac dei filio. quo paſtus eſt ipſe ſol⁹. nec puer alius inde bibit. Vñ ipe gloriat̃ dicẽs Cant. v. Bibi vinũ meũ cũ lacte meo vir- ginali. qð totũ fuit meũ. Et ꝓpter h̃ ipe deſignat̃ ꝑ moyſen Exo. ij. q̃ nulli⁹ alteri us mlieris ꝓterq̃ matris ꝓpe mãmas voluit ſugere. ſicut dicit. Ex h̃ aũt glorio- ſo lacte nutrit⁹ eſt ⁊ coagulat⁹ ille ſanguis. et cui⁹ effuſiõe noſtre redẽptõis eſt ꝓ- ciũ ꝑſolutũ. ⁊ in hoc ſanguine ꝯtinet̃ vita fideliũ animaꝝ. Leuiti. xvij. Propterea ſanguis iſte dñic⁹ bibit̃ in altari. Itẽ ad eius vbera dictauit dei fili⁹ ſed⁹ nr̃e ſalu tis. ⁊ ipoꝝ repſentatio chriſto exhibita ipm exhilarat noſtrꝫ iniq̃tatib⁹ cõtriſtatũ. Iſa. xi. Delectabit̃ infans ab vbere. Nutrit etiã nos vbere duplici mr̃ miſericoꝛ- die. q̃ ſunt caſtitas carnis. ⁊ benignitas coꝛdis. ⁊ iſta vbera tãq̃ puerculi petimus ad ſugendũ. q̃ñ dicim⁹ ei. Uirgo ſingularꝫ inter oĩes mitis nos culpis ſolutos mites fac ⁊ caſtos. Nota ſingula ꝟba. Ad honoꝛẽ iſtoꝝ vberũ ſua ꝯmẽdatõe fili⁹ nos inuitat Cãti. iiij. vbi dicit. Quã pulcre ſunt mãme tue ſoroꝛ mea ſpõſa. ſ. quanta reuerẽtia et honoꝛe extollẽde. ⁊ quanta dilectõe ſunt amplectẽde. vt eorde et oꝛe de ipis chriſto dicat̃. Beata vbera q̃ ſuxiſti. Luc. xi. Libro. v. titulo. xviij. ð vberibꝫ marie inuenies alia infinita.

De ventre ſeruiuit nobis maria Capitulũ xv.

Enter eĩ⁹ eburne⁹ diſtinct⁹ ſaphiris. quẽ creatoꝛ ſu⁹ ſibi ꝯſtruxerat pauſato riũ ſpeciale. Unde. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. quẽ ver⁹ ſalo- mon ſibi thronũ ꝑauerat. et ſoliuꝫ eburneũ grande. quẽ ſpũſſctus ſibi ſacrauerat ſanctuariũ ſingl'are. hoſpitiũ palatinũ fact⁹ ẽ ſũmo regi. q̃ a regalib⁹ ſedibꝫ veniẽs ibi p̃mã ſibi mãſionẽ int̃ filios hoĩm ꝑelegit. Ibi p̃terea decoꝛẽ idut. ⁊ ſtola candi da ſe cooꝑuit. i. mũdiſſima hũanitate. cui⁹ dcoꝛ imunitas a pctõ. Gr̃a etiã h⁹ ho- ſpitij hoſpitãt̃ mõ fideles aĩe i palacio celeſti. cũ oẽs ãtea lectulos ſterneret i obſcu ris inferni. Job. xvij. In tenebrꝫ ſtraui lectulũ meũ. Quere lib. v. ti. xx. de ventre marie multo plura.

De vmbilico ſeruiuit nobis maria. Capitulū xvi.

Vmbilic⁹ ei⁹ crater tornatilis. q̄ nunq̄ poculꝭ dicit̄ indigere. Ipſa videlicꝫ q̄ dr̄ vmbilicus eccleſie. Quia ſic vmbilic⁹ ī medio toti⁹ corporis. ſic ipſa ī medio eccl̄ie. q̄ corp⁹ ē filij ſui. oīb⁹ q̄ntū in ſe eſt parata bñfacere lacte ꝟgineo. qḋ habebat in ſe ꝓpetantes vini. potauit filiū ⁊ inebriauit. q̄re dr̄ crater. vt noſtroꝝ peccaminū ipm faceret obliuiſci. Sicut aūt crater tornatilꝭ ſi liq̄re plen⁹ ſit aliq̄ tactu leuiſſimo fūdit ipm liq̄rē. ſic plēa gr̄a refūdit gr̄aꝫ q̄ciēs tāgit̄ pia p̄ce. Nūq̄ aūt poculꝭ indiget vmbilic⁹ iſte. cū ſit gr̄a plēa. ⁊ ſp̄ hauriat aq̄s ī gaudio de fōtib⁹ ſaluatoꝛ.

De lumbis ſeruiuit nobis maria. Capitulū xvij.

Lumbi eius q̄s accīxit ꝟtute fortitudīs vouens ꝟginitatē. ⁊ fortiter ī ſe ſtringens fluxū carnaliū voluptatū. ipaꝫ ꝯcupiſcabilē reddiderūt ī oculis dei. Sic filij ꝓdictū fuerat. cōcupiſcet rex decorē tuū. i. virginitatē. Per hāc aūt ꝯcupiſcētiā cōiūctus eſt ei rex eternus. carnē virgineā aſſumēs ex ea. in q̄ ⁊ paſſus eſt. Et ꝑ fidē īcarnatōis. ⁊ ꝟtutē paſſiōis renaſcimur ī baptiſmo. regni celeſtꝭ filij ⁊ heredes.

De īſcītura feminū ſeruit nobis maria. Capitulū xviij.

Incitura feminū eius q̄ videlicꝫ femīa ꝓpter p̄cioſiſſimā corā deo pulcritudinē caſtitatis ꝯpant̄ monilib⁹. Cañ. vij. Nam ſicut monile ꝯnectit vtrūq̄ ꝑte capitij. ſic femina ei⁹ ꝑ ꝟginitatē iugiter īuicē adheſerūt. Hec inq̄m femīa nobis exempla refundūt ſanctitatis ⁊ caſtimonie. Vñ et dicunt̄ ſicut monilia. q̄ ꝑſi monēta liliū caſtitatꝭ. Et hec monilia ſiue hāc īſcīturā fabricauit celeſtꝭ artifex. id ē ſpūſſanctus. q̄n totū carnalꝭ cōcupiſcētie fomitē ꝑ ſuꝑueniētē rorē celeſtꝭ ḡr̄e extinxit in ea. et virginea femina ſic cōiūxit.

De pedibus ſeruit nobis maria. Capitulū xix.

E pedib⁹ ei⁹ dici p̄t qḋ de pedib⁹ filij dicit̄ Apoca. i. Pedes ei⁹ ſiles auricalco. ſicut ī camino ardēti. Pedes btē virginis dici poſſunt caritatiui affect⁹. q̄b⁹ ſuos viſitat amatores. q̄ ꝯmēdant̄ hic a trib⁹. a ſapiētia. q̄ ī auro. a pſeuerātia que in ere. a vehemēti feruore eximie caritatis. que ſignat̄ in camino ardēti. Quere libro. v. titulo. xxiij. de pedibus.

De greſſibus ſeruit nobis maria. Capitulū xx.

Greſſus ei⁹ pulcri in calciamētis. id ē in exēplis ſanctoꝝ p̄cedentiū. domeſticos ſuos inuiſere. et cōcomitari. ⁊ eoꝝ neceſſitatib⁹ ſp̄ eſſe p̄ſto nunq̄ ceſſant. Vnde dicit ſeruiēti ſuo Iſa. xliij. Seru⁹ me⁹ es tu. cū trāſieris ꝑ aq̄s tecū ero. hic appellat aq̄s tribulatōes. Et flumina. i. tēptatōnū et tribulatōnum nō operiēt te. Hoc eſt etiā qḋ dicit Eccī. xxiiij. In fluctib⁹ maris ambulaui. i. cū familiarib⁹ meis videlicꝫ tanq̄ nauis vt ipos eripē a naufragio pctōꝝ. et ereptos deducerē ī portū voluntatis eoꝝ. Ambulat etiā in fluctib⁹ maris. meſtos ꝯſolādo. et triſtes letificādo. Seq̄tur. Et in omi terra ſteti. i. inuocātib⁹ me ſp̄ p̄ſto fui. Nā in omi loco vbiq̄ terraꝝ mater miſicordie refugiū eſt miſeroꝝ.

De ſtatura ſeruiuit nobis maria. Capitulū xxi.

Statura ipi⁹ aſſimilata ē palme. Cāti. vij. Statura marie manifeſtata ē ī tēpore dñice paſſiōis. Nā cū oēs apl̄i vacillarēt a fide. ipa īmobiliter pſeuerauit in fide. Et hec ipi⁹ ſtatura ꝯpat̄ palme. i. dñice crucꝭ arbori triūphali. q̄ ꝓ rectitudine pſeuerātie ſue collata eſt ei hec gr̄a. vt nōis eius deuota inuocatio ſicut ſignū crucis dñice malignos ſpūs terreat ⁊ expellat. Btūs bern. ſuꝑ illḋ Canti. vi. terribilꝭ vt caſtroꝝ acies ordiata. Nō ſic timēt hoſtes viſibiles q̄lībet caſtroꝝ aciē ordinatā. ſicut aerie p̄tātes marie vocabulū patrociniū et exēplū. fluūt ⁊ pereunt ſicut cera a facie ignis vbicūq̄ inuenerint hui⁹ nōis crebrā recordatōem. deuotā inuocationē. ſollicitā imitationē.

Bern.

De petitōe qua maria ꝓ hm̄oi ſeruitijs ab ipa nobis impēſis petit cū filio ſuo mercedem ſuam a nobis. Capitulū xxij.

Ropter hm̄oi ſeruitia que nobis impendit de ſingulis mēbris ſuis glioſa ꝟgo. videtur ꝓpterea petere cū filio ſuo mercedē ſuā a nobis Zacha. xi. dicēs. Si bonum videt̄ in oculis veſtrꝭ afferte mercedē meam. ſi non. q̄ſcite. vt ſaltem



malū ꝓ bono. vꝭ odiū ꝑ dilectōe mea mihi nō rependatꝭ. Cuiuſmodi autē ſeruitia debem⁹ ei ex corde ⁊ ore ⁊ ſenſib⁹ vniuerſis. vꝭ q̄les eſſe debeāt q̄ digne ſeruire volūt regine celeſti aſſignabim⁹ infra. put ipa que eſt pincerna gr̄e ꝓpinabit.

# Incipit tercia particula ſecūdi libri

in qua agit̄ quō debeam⁹ ſeruire marie de corde.

Quꝫ ante oīa debemus fidē virgini glorioſe. Capitulū primū.

Ebemus igitur beate virgini fidē ſigniferā ꝟtutū omniū. quā ipa p̄mit⁹ req̄rit a nobis. vt ſanctificatam in matrꝭ vtero credamus firmiter. ⁊ h̄ cito vt pie credit̄ poſtq̄ carni eius aīa eſt infuſa. iuxta illḋ pſalmi. Adiuuabit eā de⁹ mane diluculo. Per mane ſignificat̄ principiū vite ei⁹ in vtero matrꝭ. et ꝑ diluculū ablatio ſiue diſcuſſio originaliū tenebraꝝ. Vel ꝑ mane amotio diccaꝝ tenebraꝝ. ⁊ ꝑ diluculū ꝟtutū claritas. que tūc infuſe ſunt ei. Hoc aūt adiutoriū ſola beata trinitas q̄ creauit eā eidē potuit exhibere. nā ipa ſpeciale ē opus dei. Credam⁹ etiā q̄ nata eſt tota ſancta. Vñ natiuitas eius ortui ſideris ꝯpat̄ Nūeri. xxiiij. Orietꝭ ſtella ex iacob ⁊c̄. Credam⁹ inſuꝑ q̄ īmaculatā ⁊ ſine peccato vitā duxit in mūdo. ꝓſuata a ſapia dei. q̄ nō intrat in aīaꝫ maliuolā. nec habitat ī corpe ſubdito vicijs ⁊ peccatis. Ipam enī velut pupillā ocli ſemꝑ ab omni nociuo deus trinitas cuſtodiuit. Vñ dicit de ea. Nocte ac die ſeruo eā. indignatio nō eſt mihi. Iſa. xxvij. Credam⁹ etiā q̄ ꝟginitatꝭ extitit p̄miceria. q̄ ſine corruptiōe facta eſt fecūda. ſine grauamie grauida. ſine dolore puerpa. q̄ ſola ꝟgo ⁊ mater. q̄ virgo ⁊ mater dei. qḋ nulla alia. q̄ illi ſoli h̄ p̄uilegiū debebat̄. Itē q̄ peccare nō potuit ex q̄ deū ꝯcepit. Quere libro. iij. ḋ p̄uilegijs ei⁹. ꝓrogatiua ſeptima. Et ſic credenda ſunt cetera oīa q̄ de ipa credit ⁊ p̄dicat eccl̄ia catholica. q̄b⁹ tot⁹ reſperſus eſt liber iſte. Sentiēdū eſt etiā de tāta dñā in bonitate cordis. ſic de dño dr̄ Sap. i. q̄ eſt illa oīa q̄ de ipa nō intelligunt̄ venerari ⁊ pie credere. Nā infinita ſunt circa btām virginē q̄ excedūt intellectū hūanū. Vñ ⁊ tot orte ſunt hereſes circa puerperiū ei⁹. in eoꝝ ſcꝫ cordib⁹ q̄ hūana ſiue naturali rōe et ſenſu ꝓꝓo. ſuꝑcilioſe voluerūt diſcutere. ⁊ inueſtigare qḋ ſup̄ hoīem eſt. ꝯdicēte Iſa. liij. ⁊ dicēte. Generatōem ei⁹ q̄s enarrabit. ei⁹. i. marie. quō ſcꝫ ipa eū genuit q̄ ſe fecit. iuxta illḋ. Homo natus eſt ī ea. ꝑ incarnatōeꝫ. ⁊ ipſe fundauit eā. ꝑ creatōem.

Confidentiā debemus marie. Capitulū ij.

Ebemus etiā ſapiēter ꝯfidere de bonitate ei⁹ ſi dilexerim⁹ ipam ⁊ ſeruierim⁹ ei. iuxta illḋ p̄s. Ponite corda vr̄a in ꝟtute ei⁹ ⁊c̄. nō in ꝟtute ꝓꝓa. q̄ maledictus hō q̄ ꝯfidit in hoīe. ſe ſcꝫ vꝭ alio. Hiere. xvij. Nā ipa eſt q̄ ꝓcib⁹ ſuis meritꝭ ⁊ exēplis. dat laſſo virtutē. Iſa. xl. Et his q̄ nō ſunt. ſcꝫ ꝓꝓam reputatōneꝫ. i. ꝟo hūilib⁹. fortitudinē et robur mꝭtiplicat. Et ipa ſuggerēs hāc ꝯfidentiā de ſeipſa dicit In me oīs ſpes vite et ꝟtutꝭ. Sicut etiā dicit Aug. de dño ſuꝑ illḋ p̄s. Mihi adherere deo bonū ē ⁊c̄. Neminē ꝑmittit de⁹ cadere q̄ ei adhereat vero amore. Itē illḋ. Proijce te ī deū. ⁊ h̄ ſapiēter. q̄ nō eſt adeo crudelꝭ vt ſe ſubtrahat ⁊ te cadere ꝑmittat. ſic dici ⁊ credi p̄t de btā maria teſtimonio eoꝝ q̄ ſepe exꝑti ſunt.

Aug⁹

Spem debemus marie. Capitulū iij.

Ebem⁹ etiā ſperare in ea. q̄m mater eſt ſancte ſpei. Quere hāc autoritatē lib. vi. titulo. i. q̄ maria dicit̄ mater. Itē ſic̄ ꝟe de filio dr̄ puer. xxix. Qui ſperat ī dño ſubleuabit̄. ſic dici p̄t de matre. Qui ſperat in dñā ſubleuabit̄. i. ſurſū leuabitur. in p̄ſenti ſupra carnē mundū et diabolū ꝑ gratiā. et ſurſum leuabit̄ ꝑ gloriam in futuro.

Caritatem ⁊ dilectionē debemus marie. Capitulū iiij.

Ebemus etiā beate marie caritatē ⁊ dilectionē. vt vir catholic⁹ dicere valeat de maria illud qḋ dicit̄ de ſapiētia Sap. vij. Sup ſalutē et ſpēꝫ dilexi eam.

et ꝓpoſui ꝓ luce habere illã. qm̃ inextinguibile eſt lumẽ illi⁹. venerũt mihi oĩa bo/
na pariter cũ illa. ⁊ innumerabil' honeſtas ꝑ man⁹ illi⁹.] Sic exponeſ. [Sup ſalu
tẽ] corpis [et ſpẽm] anime ſuper rei tp̃alis. Quia ſicut dicit puer. viij. Precioſior eſt
cũctis opib⁹. ⁊ omnia q̃ deſiderãt nõ valent ei cõparari. Itẽ Sap. vij. Nõ cõpa/
raui illi lapidẽ p̃cioſum. qm̃ oẽ aurũ in ꝯparatõe illi⁹ arena ẽ exigua. Itẽ prouerb. iij.
Melior ẽ acquiſitio ei⁹ negociatõe argẽti ⁊ auri ⁊c. [Dilexi eã] ſ. ꝑ oĩa iſtoꝝ tp̃aliũ
acquiſitio deficit homini ĩ neceſſitate extrẽa. Sz btã virgo nec ĩ vita nec in mor
te deeſt amatorib⁹ ſuis. imo put frequẽter legit in miracul' ſuis. ipoꝝ aĩas de cor/
poribus exeũtes benigne ſuſcipit ⁊ ꝓtegit ab incurſu malignoꝝ ſpirituũ. Vñ de ſa
piẽtia. et ꝯgrue pt intelligi de maria. dicit Sap. x. Eos q̃ ſe amãt a dolorib⁹ ꝯſer
uabit. Itẽ de h' textu ſumit illd̃ reſpõſoriũ qd̃ cantit de beata vgine. [Sup ſalutẽ
⁊ omnẽ pulcritudinẽ dilecta es a dño ⁊c. Vel electa es a dño. Sup ſalutẽ] enim
[electa eſt a dño.] Nam dei fili⁹ potuiſſet carnem aſſumpſiſſe q̃ nec ĩfirmitati nec
morti foret obnoxia. Sed [ſup] illã [ſalutẽ] hãc elegit ĩfirmitatẽ. vt de btã vgine
electa ⁊ dilecta ſumeret carnẽ infirmã. Quã etiã ſup oẽs pulcritudinẽ elegit. Quia
licet multe filie ꝯgregauerint diuitias. ipa ſupgreſſa eſt vniuerſas. Quã ſic pulcrã
fecit ſpũſſctũs. vt ſup filias oẽs ſpecioſa eſſet plenitudine graꝝ. Sequit. [Et ꝓ/
poſui ꝓ luce habere illã.] Quere libro. vij. ti. xi. q ipa dicit lux. Seqt. [Qm̃ inex B
tinguibile eſt lumẽ illi⁹] quo ſcz lumie ipa ſuos illumiat amatores ⁊ imitatores. di
cens cũ filio Ioh. viij. [Qui ſequit me nõ ambulat ĩ tenebris. ſz habebit lumẽ vi
te] qd̃ eſt inextinguibile. Seqtur. [Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa.] ⁊ h' p̃/
cipue intelligẽdũ eſt de bonis gr̃uitis. q̃ vera bona ſunt. [Venerũt] ſcz a deo bono
rũ omniũ largitore. q̃ quicqd boni dat creaturiſ ſuis. ꝑ manus mr̃is vginis vult
trãſire. Vñ ſequit. [Et innumerabil' honeſtas ꝑ man⁹ illi⁹.] Nã ipa aperiẽte ma
nũ ſuã implent oĩa bñdictõe. i. bona datõe. Propter hoc ſtudẽdũ eſſet cognitioni
marie. Nã qui eã cognoſceret eã diligeret. ⁊ amator ei⁹ ipa mediãte omne bonuz
neceſſariũ ĩ p̃ſenti ꝑciperet a filio. ⁊ vitã eternã ĩ futuro. cui⁹ arra ſũt gr̃e ⁊ vtutes.
Itẽ diligẽda eſt maria. q2 diligit diligẽtes ſe. Vñ dicit cũ filio pab. viij. Ego diligẽ/ C
tes me diligo. vt amator ei⁹ de ea dicere valeat illd̃ Sap. viij. [Hãc amaui et exq̃
ſiui a iuuẽtute mea. ⁊ q̃ſiui ſpõſam eã mihi aſſumere. ⁊ amator fact⁹ ſum forme il/
lius. Hãc amaui] corde [⁊ exq̃ſiui] i. ex toto me q̃ſiui ſtudẽdo ĩ ſcriptur' q̃ de ea lo

Quid ſit exq̃rere

quunt. inueſtigãdo diligẽter magnalia ei⁹. de ea meditãdo. ipam iugiter exorãdo.
ad ei⁹ honorẽ operando. vt honeſte ei deſeruiã. a meretricijs voluptatibus meipm
ſollicite obſeruãdo. [Et q̃ſiui ſpõſam mihi eã aſſumere] i. illã amore caſto fructu/
oſo ⁊ indiuiduo mihi copulari. ⁊ talis dilectio ſpiritual' eſt. nõ carnalis. [Et ama
tor factus ſum forme illi⁹] i. illius formoſiſſime. cui dicit ſpõſus Canti. iiij. To/
ta pulcra es amica mea. et macula nõ eſt in te.
Itẽ de dilectiõe ei⁹ ꝯgrue pt exponi illud qd̃ de ſapiẽtia dicit Sap. vij. [Preposui D
illã] id ẽ marie dilectõez [regnis ⁊ ſedib⁹] i. potẽtijs ⁊ dignitatib⁹. h' eſt. ꝓpter eam
ꝯtẽpſi quicqd in mũdo eſt gl'ie honoris ⁊ diuitiaꝝ. ſicut m'lti ad l'ram feciſſe legũ
tur ꝑ ei⁹ amore nihil oĩa reputãtes vt ipam lucrifaceret. ad Phil. iij. Oĩa detrimẽ
tũ feci ⁊c. Nec ſolũ oĩa delectabilia cõtemnere ſufficit aut relinq̃re ꝑ amore ei⁹.
ſed et ꝯtumelias. moleſtias. iniurias ⁊ hmõi. ꝑ ipa patiẽter ſuſtinere. Quia ſic di/
cit puer. xij. [Qui negligit damnũ ꝓpter amicũ] i. chriſtũ. et ꝓpter talem amicã q̃
lis eſt maria [iuſtus eſt.] Sequit [Nec ꝯparaui illi lapidẽ p̃cioſum] i. quẽlibz ſã
ctũ. [qm̃ omne auꝝ in ꝯparatõe ei⁹ arena eſt exigua] i. oĩs ſanctus reſpectu marie
arena eſt reſpectu auri. [Et tanq̃ lutũ eſtimabit argẽtũ in ꝯſpectu ei⁹] i. mũdi ſa
piẽtes et eloq̃ntes reſpectu ſapiẽtie ⁊ eloq̃ntie ei⁹. Ipa eſt enĩ illa p̃cioſa margari/
ta Math. xiij. ꝓ q̃ omnia q̃ habet vẽdenda ſunt vt emat. i. oĩa emolimẽta vite p̃
ſentis cõtemnẽda vt ei ſeruiat.
Itẽ Alia cauſa. Si q̃s obligat⁹ eſſz m'tis debitis. ⁊ haberet vnã peciã terre q̃ ſine E
cultura ſine ſemĩatõe in vno anno tãtã fructus afferret copiã. q poſſet de fructu il
lo ſoluere totũ debitũ. ⁊ ſp̃ viuere de reſiduo. multũ diligeret peciã illã terre. Talẽ





fructũ ꝓtulit nobis maria. q̃ ẽ terra nr̃a. i. nobis data. quo ſcz fructu redẽpti ſum⁹
ab obligatõe gehẽne. ⁊ de q̃ viuere abũdãter poſſum⁹ ĩeternũ. Propẽ h' dr̃ Deute.
viij. Bñdicas dño deo tuo ꝓ terra optima quã dedit tibi. Multũ g̃ debem⁹ dili/
gere mariã q̃ tal' terra eſt. ⁊ fructũ ei⁹. nec eã cãmbire ꝓ alia voluptate.
Itẽ dilectio chriſti ⁊ ipius marie vnica eſt. nõ tñ p̃uata. ſolã. nõ ſolitaria. p̃cipata. F
nec diuiſa. cõmũis. ⁊ ſingularis. cũctoꝝ ſingula. et ſinguloꝝ tota. Nec p̃cipatõne
decreſcẽs. nec vſu deficiẽs. nec tp̃e veteraſcẽs. antiq̃ et noua. affectu deſiderabil'. ex
p̃iẽtia dulcis. fructu eterna. iocũditate plẽa. ĩficiẽs ⁊ ſatiãs. nec vnq̃ faſtidiũ generãs.
Itẽ in principio cãticoꝝ diſtinguũt tres cauſe q̃re adoleſcẽtule ⁊ diligãt ⁊ diligere de G
beant btãm vginẽ. vbi ſic legit. [Quia meliora ſunt vbera tua vino fragrãtia vn/
guẽtis optimis. Oleũ effuſum nomẽ tuũ. ideo adoleſcẽtule dilexerũt te nimis] In
hac vboꝝ ſerie ſub hac diſtinctõe quia. tres colliguntur clauſule q̃b⁹ tres cauſe red/
dunt. ꝓpter q̃s ab adoleſcẽtulis btã virgo plurimũ diligit. ⁊ he due dictões quia
⁊ ideo. ſeſe reſpiciũt. Poſſunt aũt eſſe vba filij ad matrẽ. poſſunt eſſe vba angelo/
rũ ad vginẽ. q̃ vidẽtes adoleſcẽtulas aſſiſtẽtes vgini dicũt ad eã. [Ideo] iſte [ado
leſcẽtule dilexerũt te nimis] i. plurimũ. [q2 meliora ſunt vbera tua vino. q2 vbera
tua fragrãtia ſunt vnguẽtis optimis. q2 oleũ effuſuz ẽ nomẽ tuũ.] Adoleſcẽtule vẽ
ro dicunt fideles aĩe. Nouelle ꝑ grãm. nõ vetule ꝑ culpã. Nõ ſenio ſteriles. ſed do
nis fecũde ſpũalibus. Fortes. nõ vt an⁹ debiles. Nõ curue ſtatuẽtes oclos ſuos
declinare in terrã. Sed ꝑ celeſte deſideriũ recte ⁊ ad celos erecte. Hĩe iſte pie deuo
tõis obſeq̃o btẽ virgini ſp̃ aſſiſtũt diligẽtes eã. et diligẽtes ĩ ea has dilectõis cau
ſas potiſſimas. videlicz [q meliora ſunt vbera ei⁹ vino.] Melioris enĩ potẽtie
⁊ vtilioris efficacie ſunt vbera btẽ vginis q̃ʒ vinũ. Nã vinũ inebriare pt hoĩez vt
p̃teritarũ ſit imemor offenſaꝝ. ⁊ ſit facil' ad ꝯdonãdũ. ⁊ larg⁹ ad donãdũ. Vbera
vero btẽ virginis deũ q̃ſi ĩebriare potuerũt. Nã poſtq̃ʒ de mr̃is vberib⁹ lac bibit.
ac ſi cũ lactis dulcedĩe dulcedinẽ potaſſet miſericordie. piecit ab ocul' ſuis pctã nr̃a
poſt tergũ. ⁊ fact⁹ eſt larg⁹ ad dandã veniã peccatorũ. larg⁹ ad dãdã grãm ⁊ opeꝝ
iuſticiã. Ideo q̃q3 btãm virginẽ diligũt iuuẽcule [q2 eius vbera fragrãtia ſũt vn/
guẽtis optimis] Nã in vberib⁹ ei⁹ fragrat odor ſugẽtis vbera. q̃ delibut⁹ vnguẽtis
optimis cũ plenitudĩe cariſmatũ et medicinaliũ graꝝ. venit ad ſponſam leproſaz.
eccl'iam ſcz vl' aĩaz peccatricẽ vt eã ab omĩ lepra ſanaret. quã ſacro ſibi cõiugio co
pularet. Ideo quoq3 ab adoleſcẽtul' btã virgo merito diligit [q2 oleũ effuſum eſt
nomẽ ei⁹.] Nã ſicut oleũ omnẽ liq̃rẽ ſupnatat. ſic nomẽ ei⁹ ⁊ inuocatio noĩs eius.
omniũ ſanctoꝝ noĩa ⁊ inuocatões noĩm ſupexcellit ⁊ ſupat. in efficacia ſubuẽtõis
⁊ obtentu diuine gratie. ⁊ demonũ fuga.
Itẽ de dilectõe marie paulo poſt ſubdit cant. i. [Memores vbeꝝ tuoꝝ ſup vinũ re/ H
cti diligũt te.] Quia enĩ ſupi⁹ dixerãt angeli ad btãz vginẽ. Ideo adoleſcẽtule di/
lexerũt te nimis. q2 meliora ſunt vbera tua vino. ne in ſctis aĩab⁹ q̃s adoleſcẽtu
las vocabãt nomẽ feminini generis aliq̃d infirmitatis innueret. eandẽ ſententiã repli
cãt. et eaſdẽ aĩas q̃s vocauerãt adoleſcẽtulas. rectos vocãt. q̃ſi viriles. nõ effemina
tos. Rectos. nõ ſenectute viciosa curuatos. Et dicũt. [Recti diligũt te. memores
vbeꝝ tuorũ ſup vinũ.] Ac ſi dicãt. Ideo diligũt te. q2 ĩ memoria ſuã fixũ gerũt. q
meliora ſunt vbera tua ſup vinũ. ſicut in p̃miſſis eſt expoſitũ.
Itẽ diligẽda eſt maria. ⁊ ſp̃ealit honorãda. q2 ipa mediãte forma diuia ſpõte vẽit ad I
hominẽ ſpõte deformatũ. grã gr̃uis ad gr̃e ingratũ. medicina nõ rogata. vltro vẽit
ad egrotũ. virt⁹ ad infirmũ. ſapiẽtia ad fatuũ. ſanctificatio ad ĩmũdũ. vitas ad mẽ
dacẽ. pietas ad ĩmiſericordẽ. pax ad rebellẽ. miſericordia ad impiũ. caritas ad inimi
cũ. iuſticia ad iniuſtũ. nõ vt eũ ſm̃ iuſticiã ſuã iudicaret ⁊ dãnaret. ſʒ vt eũ nõ ſua ĩ
iuſticia iuſtificaret. et ſm̃ ſe formaret. ⁊ formatũ ſm̃ ſe. tãdẽ gl'ificaret in ſe. Ad id
enĩ forma dei venit in carnẽ. vt ſibi p⁹ in ſpiritu. poſt etiã ĩ carne illos ꝯformaret
q̃s p̃ſciuit ⁊ p̃deſtinauit de⁹ pater ꝯformes fieri imagĩs filij ſui. ad Ro. viij. Hec g̃
forma tã formoſa ex pietate ſola ſe vniuit materie tã informi. nec mõ informi ſʒ et
deformate. nec deformate quidẽ ex vlla neceſſitate. ſed ex ſola ꝓprie volũtatis vo/

lunctaria ꝑuerſitate.
Itē diligēda eſt maria.q2 ꝑ ipſam facti ſum⁹ de nihilo aliq̄d.noui de vetuſtis .⁊ ſi dā nantis ⁊ mortuis beati ⁊ eterni. Et ꝓpt h ꝯpaꝛ ipſa aurore.q̄ ꝯſurgēs oībꝰ rebꝰ red/ dit colores ꝓprios.q2 oīa de nocte q̄ſi vnius coloris ſunt.Sic ⁊ i ortu marie me/ liorari inceperunt omnia. R
Itē diligēda eſt.q2 ꝑ partū ipi⁹ Liberauit.hoc⁹ pater.L pauꝑem a potēte.J.i. hoīem a dī aboli ptāte. Vñ de chriſto dicit pſa.L Liberauit.hūl bit dn̄s L pauperē a potēte.J.i. a diabolo. Qui cū in ſui natura potēs ſit.vñ Job vltimo.nō eſt ptās ſup terrā q̄ ei valeat ꝯparari.ꝑctōr facit eū potētiorē.q2 facit vt potētia ei⁹ habeat effectū. Niſi ei hō incarnet ſe nō poteſt diabol⁹ aſcēdere. Joh.viij. Si fili⁹ vos liberauerit vere liberi eritis.L Pauꝑem.J dico et talē.L pauꝑem cui nō erat adiutor.J alius. q2 nec hō nec angel⁹ nec lex nec liberū arbitriū poterat eū liberare.niſi leo d̄ tribu iuda. Apoc. v. Ecc̄i.in fine. Reſpiciēs erā ad adiutoriū hoīm.⁊ nō erat. Et nota q̄ pauꝑ ē pec catoꝛ.q2 ſpoliat⁹ gratuitis et vulnerat⁹ in naturalibꝰ. Potēs eſt aūt peccatū.q2 rex. Vñ ad Ro.vi. Nō regnet pctm̄ in vr̄o mortali corꝑe. Ab h potēte hic pauꝑ libe/ ratꝛ a dn̄o.qm̄ ei infundiꝛ volūtas penitēdi. Jō clamare ei debes iugiter. Libera me de ſanguib⁹ de⁹ deus ſalutis mee ⁊c̄. Vere talꝛ pauꝑ.q2 carēs ſuffragijs eccl̄ie. L

Obedientiā debem⁹ marie  Capitulū v.

i Tem marie debem⁹ obediētiā. Vñ ipa ꝓmittit ecc̄i.xxiiij. L Qui audit me n̄ ꝯfundeꝛ.J gloſa L audit.J.i. obedit. L Qui audit me.J.i.q̄ ſtudet ꝓpe informatōi ꝑ auditū verboꝝ meoꝝ.⁊ eoꝝ inueſtigatōem L nō ꝯfundeꝛ.J p auditū verbi aſperi. Matth.xxv. Ite maledicti in ignē etnū.⁊c̄. Vl' L Qui audit me.J hic oñdiꝛ fructus imitātiū ꝟba marie L Nō ꝯfundeꝛ.J Cōfuſio ſtultoꝝ eſt. Verba ſapie nō habēt ꝯfu ſionē. Sapiēs eni nō penitebit. Verba aūt ſapiētie ſunt ꝟba marie.q̄ os ſuū ape ruit ſapiētie. Prouer.i fine. Quere libro.iiij.titulo.xxxi.de ꝟbis ei⁹. Vel L Qui au dit me.J in pauꝑe vociferāte vl' p̄dicatore docēte L nō ꝯfundeꝛ.J.i. nō patieꝛ repulſā (qd̄ eſt magna ꝯfuſio ſapiēti) qñ aliq̄d petierit i noīe filij mei.ſcz qd̄ ꝑtineat ad ſa lutē. Vel L nō ꝯfundeꝛ.J mala ꝯfuſiōe.q̄ ſoli impij ꝯfundeꝛ in iudicio filij mei. quia aſtabo p eo. Obediētibꝰ eni matri dicetur⁹ eſt fili⁹. Venite bñdicti pr̄is mei.poſſi dete paratū vob regnū ⁊c̄. Matth.xxv. Vel L qui audit me.J.i.deuote auſcultat ſer uitiū meū. Vel L q̄ audit me.J.i. adq̄eſcit ꝯſilio meo.de q̄ dicꝛ Ecc̄i.xxi. Conſiliū ei⁹ q̄ſi fons vite ꝑmanet.i.q̄ſi fons viu⁹ ſemꝑ ſcaturiēs. Et nota q̄ p̄ncipaliter in duobꝰ locis inuenim⁹ q̄ maria obediētiā cōſilijs ſuis petit exhiberi.ſcz ecc̄i.xxiiij. vbi dicit. Trāſite ad me oēs ⁊c̄. Et Joh.ij. vbi dicit miniſtris. Oia q̄cūqꝫ dixerit vo bis facite. Et ſubiūgit paulo poſt q̄ vtilitate dicēs .L Qui audit me non ꝯfundeꝛ.J Et nota q̄ in hac autoritate L Qui audit me ⁊c̄.J ꝓmittit ipa tribꝰ generibꝰ hoīm retributōem. Deuote audiētibꝰ ꝟba ſua. Vñ L Qui audit me nō ꝯfundeꝛ.J Et imi tātib⁹ eius glioſa exēpla. Vñ.L Et qui opanꝛ in me.J.i. ꝓpter me. Vel L in me.J.i. ad exemplū meū L nō peccabūt.J Vel L q̄ opanꝛ in me.J tanq̄ ſup fundamētū opera mea accipiētes in exēplū. Itē p̄dicātibꝰ ei⁹ excelſa p̄mia. Vñ L Et q̄ elucidāt me vi tā eternā habebūt.J Primis ꝓmittiꝛ p̄miū liberās a pena. Vñ.L nō ꝯfūdeꝛ.J Se cūdis p̄miū iuſtificās a culpa. Vñ L nō peccabūt.J Tercijs p̄miū eternitatis i gl̄ia. Vñ L vitā eternā habebūt. Propꝛ h etiā diꝛ puer.viij. Btūs hō q̄ audit me ⁊c̄. B

De conſilijs marie
n Ora q̄ mīta ſunt ꝯſilia marie q̄bꝰ ꝯſulit nobis aīaꝝ ſalutē. Vñ dicit parab. viij. Meū eſt ꝯſiliū et equitas ⁊c̄. Ipa eſt eni rebecca q̄ dixit filio ſuo iacob Gen̄.xxvij. Fili mi adq̄eſce ꝯſilijs meis ⁊c̄. Et nota q̄ rebecca iacob q̄ iterpꝛtaꝛ lu ctator vl' ſupplātator appellauit filiū ſuū.nō eſau. q2 ſoli luctatores ⁊ ſupplanta/ tores vicioꝝ filij marie ſunt digni hereditate ipi⁹.et ſoli tales poſſunt vocare ma riam matrē ſuam. C

Multiplex marie conſiliū. D
Primū vt faciam⁹ penitētiā.q̄ notaꝛ in p̄paratōe hedoꝝ. q̄s ſibi iuſſit afferri a filio ſuo. Qui ſic adq̄ſiuit bñdictōe ẏſaac pr̄is ſui.obediēdo ſcz ꝯſilijs matris ſue.
Secundū vt fugiamus diabolū volentē occidere nos.qui ſignaꝛ p eſau.ſicut eſau



ille volebat occidere iacob.
Terciū vt cito reuertamur ad dn̄m ſi receſſerimus ab eo p peccatū. Vñ neemie .ij. Rex et regina dixerūt neemie. Quādo reuerteris.et vſqꝫ ad qd̄ tēpus erit iter tuū. Tanq̄ ſi dicerēt ei. Feſtina reuerti.
Quartū vt obediam⁹ ſacerdoti ⁊ diuino nūcio.ſicut ipa gabrieli dicēs. Ecce ancil la domini fiat mihi ſm̄ verbū tuum.
Quintū vt fugiam⁹ ſtrepitū mūdi et diligam⁹ vitā ſolitariā.ſicut ipa i cella orabat qñ angelus ingreſſus eſt ad eā.ſicut dicit btūs berñ.
Sextū vt qñ laudamur terreamur magis q̄ exultem⁹. ⁊ cogitem⁹ vtrū digne vel indigne.ſicut ipa cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio.
Septimū vt ꝯſtanter ꝑſiſtam⁹ q̄libet in ſtatu ſue ꝓfeſſiōis.ſicut ipa poſt votū ꝟgi nitatis ꝯſtāter reſpōdit. Quō fiet iſtud qm̄ virū nō cognoſco.
Octauū vt quilibet ſuā voluntatē diuine volūtati ꝯformet.ſicut ipa fecit reſpōdēs. Ecce ancilla dn̄i.cuius eſt velle qd̄ vult dominus ei⁹.
Nonū vt q̄libꝫ ſpretis terrenis appetat celeſtia. Unde ꝯcepto dn̄o aſcēdit in mōta na cū feſtinatōne.
Decimū vt nobiliores et maiores etiā minoribꝰ ſeruiāt et miniſtrēt.ſicut ipa mi niſtrauit elizabeth.
Undecimū vt mulieres pulcre et nobiles nō cōtemnāt viros ſuos .ſicut vaſthi aſſue rū.ſicut ipa fabro nō cōtempſit deſpōſari.q̄uis eſſet de ꝓgenie regali.

Verſi. Multiplex ꝯſiliū marie.

d Ebem⁹ ergo obedire ꝯſilijs ſuis.⁊ accedere ad vocātē nos. Ad heb.xij. Vi dete ne recuſetis loq̄ntē. Et h duplici de cauſa. Propter reuerētiā ei⁹ q2 regi na ē. Et ꝓpter ꝑiculū noſtꝝ q̄ inter demōes et malos hoīes habitam⁹ ⁊ viuim⁹ i peccatis. Qui eni iuſt⁹ eſt ad illā dꝫ ꝯfugere.vt dicere poſſit illō Cāt.ij. Sub vm bra illi⁹ quā ꝯſiderauerā ſedi ⁊c̄. Ut impleaꝛ illō Michee.iiij. L Sedebit vir ſub ter vineā ſuā.J.i. ſecur⁹ erit ꝑ auxiliū ꝟginis. Si pctōr.debꝫ ad eā ꝯfugere.q2 ipa eſt ciuitas refugij. Quere retro ꝑticla p̄ma.cā.xxv. Nolentibꝰ eni ei obedire dictu ra eſt aliqñ illud parab.i. Deſpexiſtis omne ꝯſiliū meū ⁊c̄.ego q̄qꝫ in interitu ve ſtro ridebo.L Omne ꝯſiliū meū.J.i. conſiliū meū quod eſt oīe bonū. E F

Reuerentiā debem⁹ marie  Capitulū vi.

i Tem debem⁹ ei reuerētiā.ne videlicꝫ corā oculis ei⁹ aliq̄d indecēs. cogita/ re.deſiderare.ꝯſentire.aut facere audeam⁹.ne illos miſericordes oclos qui n̄ poſſunt reſpicere ad iniq̄tatē auertat a nobis. Ideo abacuc.i. dꝛ filio ⁊ m̄ri. Mū/ di ſunt ocl̄i tui ne videas malū.et reſpicere ad iniq̄tatē nō poteris. Ecc̄i.xlij. Nō p terit illā oīs cogitat⁹.⁊ nō abſcōdit ſe ab ea vll⁹ ſermo. Ad heb.iiij. Oia nuda ⁊ ap ta ſunt ocul' ei⁹ ⁊c̄. Itē. Ideo de ipa q̄ hec eſt fortis mlier dꝛ ꝓuer.in fi. L Cōſidera uit ſemitas.J.i. ſecretas cogitatōes ꝯſciētiaꝝ L dom⁹ ſue.J.i. familie ſue. Cauēdum igiꝛ ne corā ea etiā cogitem⁹.necdū faciam⁹ turpia.noxia.vl' iniq̄. Peruerſe enim cogitatōes ſeꝑant ab ea ⁊ a filio ei⁹. Sap.i. Et nota q̄ dicit L ꝑuerſe.J.i. ꝑuert⁹ auer ſe a deo.q̄les ſunt cogitatōes infideliū.heſitātiū.ſimulātiū.ꝯtētioſoꝝ.ſuꝑboꝝ. In/ uidoꝝ.auaroꝝ.q̄ impediūt aduētū gr̄e.et fugant a corde gr̄iā iā receptā. Jō etiam dicꝛ ipa ꝓuerb.viij. L Erudit⁹ intereſſū cogitatōibꝰ. Eruditis.J.i. diſcretis. diſponens ⁊ dirigens eas. Sed aufert ſe a cogitatōibꝰ q̄ ſunt ſine intellectu. Sap.i. q̄ int⁹ ñ legūt mala q̄ int⁹ latēt.ſꝫ tm̄ ſuꝑficialiter ea q̄ cogitāt conſiderāt.

Timorē debem⁹ marie  Capitulū vij.

i Tem debem⁹ ei timorē. Nō eni de minimiſſima ei⁹ hūilitate ita p̄ſumendū eſt. q̄n ⁊ ſūme dignitati ei⁹ timor ⁊ reuerētia debeanꝛ. Et ſi eni ipa eſt q̄ de ſe di xerit.ecce ancilla dn̄i ⁊c̄.nōne eadē ē q̄ regē gl̄ie et dn̄m maieſtatis ſic legiꝛ allocu ta Luc.ij. Fili q̄d feciſti nobis ſic. Ipa eteni ē ſpeciale ſanctuariū dn̄i.de quo ipe dicit Leui.xxvi. Cuſtodite ſabbata mea.⁊ pauete ad ſanctuariū meū ⁊c̄. Eodem xix. Vnuſq̄ſqꝫ m̄rē ſuā et pr̄em ſuū timeat. Sic eni de filio dꝛ. L Ecce oculi dn̄i ſup metuētes eū.J ſic dici pt̄ et de matre. L Ecce.J Quaſi diceret. In agro eſt q̄ L ocl'i dn̄e.J.i. reſpect⁹ miſericordie. Et dicit pluraliter L ocl'i.J ꝓpter m̄tiplicē effectū miſe A

riccordie ei⁹.] Sup metuentes eū.] i. ſup humiles q̄ timent et cauēt offendere eū. Sed q̄ timor ſolus ſine ſpe nō eſt bonus. ideo ſequit.] Et in eis q̄ ſperāt ſup miſericordia ei⁹.] Sed ad quid timendū et ſperādū ſit ī ea ſubdit.] Ut eruat a morte] culpe p̄ſentis et pene eterne] aīas eoꝝ.] non ſolū corpa a pena p̄ſenti.] Et vt alat eos in fame] verbi dei. Amos. viij. Uel] in fame] i. in tēpore famis eterne. ſicut ꝑ miſit ꝛ cōminat̄ yſa. lxv. Ecce ſerui mei comedent. et vos eſurietis ꝛc̄. Item ecci. xxxiiij.] Oculi dn̄i ad timētes eū. ꝓtector potētie ꝛc̄.] Dicam⁹ et nos.] Oculi dn̄e ad timētes eā. ꝓtectrix potētie. firmamentū virtutis. regimē ardoris. et vmbraculū meridiani. deꝑcatio offenſiōis. et adiutoriū caſus. exaltās animā. ꝛ illuminās oculos. dans ſanitatē. et vitā. et bn̄dictionē.] Oīa bn̄ficia iſta et alia mr̄ ꝓ ſua impēdit ipſa timētibꝰ eā. Sic expone. Et nota vndeci bōa q̄ exēplo filij ſui facit ipſa timētibꝰ ſe. B
Uel ꝓ
Protegit enī eos potēter ab omi aduerſitate. vt ſup particula. i. cauſa. xxiiij. Uel ꝓtegit potētiā quā dedit eis ad bene agendū. et ad declinādū a malo. Quia ſicut dicit gregori⁹. Citꝰ bonū ꝑdimꝰ qḋ a largiēte nō cuſtodit. Uel ꝓtegit eos cōtra potentiā malignoꝝ ſpirituū.

Grego.

Firmamentū virtutꝭ.] quia dat firmamentū virtutib⁹ quas ſuis oratōibꝰ impetrat eis a filio. ꝛ cōfirmat eis ipſas virtutes.
Tegimen ardoris.] quia miſericorditer in nobis refrigerat cōcupiſcētias quas diabolica ſuggeſtio inflāmat.
Umbraculū meridiani.] i. refugiū cōtra eſtū ꝑſecutōis vrentis et ſeruētis. ſicut ſol in meridie feruet ꝛ vrit. Uel contra incentiua libidinis. [pcāt.
Deꝑcatio offēſiōis.] q̄r deꝑcabit̄ ē ſup offēſiōe petōꝝ. Uł q̄r p offēſiōe hoīm filiū deEt adiutoriū caſus.] q̄r timētibꝰ ſe ꝓcauet a caſu. i. ne cadāt ī pctm̄ vł infernum. Et etiā erigit eos ſi forte ceciderint. Unde orat eā eccl̄ia. Succurre cadenti. ſurgere qui curat populo.
Exaltans animā.] timētis ſe a terrenis q̄ facit cōtemnere. ad celeſtia que facit appetere. quia de ſtercore erigat pauperē ſpū. i. humilē. vt ſedeat cū principib⁹ i. angelis ꝛ ſanctis. ꝛ ſoliū glorie teneat.
Et illuminās oclos.] mētꝭ. i. itellectū. i. ꝛ affectū. ad cognoſcēdū ꝛ diligēdū deū. ſc. ꝛ p̄ſim
Dans ſanitatem.] conſcientie.
Et vitam.] gratie.
Et benedictionē.] glorie. Et nota q̄ hec omnia fuerat filius matri quādo cōcepit ipſm. Quere ibi. Spiritusſanct⁹ ſuperueniet in te.

Humiliatōnē debemus marie. Capitulū viij.

Eam debemus ei humiliationem. vt humiliemur ſub potenti manu eius. vt nos exaltet in tēpore viſitatōis. qḋ innuim⁹ cū flexis genibꝰ et expanſis manib⁹ adoram⁹ corā memoria eius. Flexio genuū ſignū humilitatꝭ. expāſio manuū opa largitatꝭ. Ad lram enim quotiēs ſalutam⁹ eam vel trāſim⁹ ante ei⁹ tēpla vel imagines ſiue altaria. debemus genu flectere. caput nudare. ꝛ humiliari corā ea ſicut ſerui corā domina. ſicut adoleſcētule corā regina. Ideo dicit ekebert⁹ abbas. Creatoris matrē oīs creatura magnificet. ꝛ eius regie maieſtati ſe inclinet celū ꝛ terrā et omnes q̄ habitāt in eis. Hieremie. viij. dicit̄ de iudeis. Incuruati ſunt. et adorauerūt dn̄m ꝓni in terrā. Sic enī factū ē ibi dn̄o. ſic debꝫ fieri dn̄e. i. marie.

Ekebert⁹ abbas.

Meditationē debemus marie. Capitulū ix.

Eam de maria debem⁹ aſſidue cogitare. ꝛ meditari. q̄r cor ei⁹ aſſidue meditat̄ et cogitat de noſtra pace ꝛ ſalute. Uñ dicit cū filio Hiere. xxix. Ego cogito cogitatōes pacis ꝛc̄. Ipſa eſt enī p̄nceps illa de qua dicit̄ Iſa. xxxij.] Princeps ea q̄ ſunt digna p̄ncipe cogitabit.] ſcꝫ cogitatōes pacis et nō afflictōnis. De cogitatōe enī ei⁹ qua cogitat nobis bonū dicit̄ Eccl. xxiiij.] A mari abūdat cogitatio eius. ꝛ cōſiliū eius in abiſſo magna. A mari enī.] i. ſup mare.] abūdat cogitatio eius.] qua cogitat nobis bona. q̄r nō poteſt a ſenſu hūano cōꝑhēdi. ſicut nec mare poteſt exhauriri.] Et cōſiliū eius.] quo ſaluti hūane ꝓuidit.] in abiſſo magna.] q̄r inueſtigari nō poteſt. Quis enī inueſtiget efficaciā verbi ipſius quo ꝓuidit ſirmis



ſalubriter. qui omniū medicinā verbo cōcepit mirabiliter. Aliter.] A mari abūdat cogitatio ei⁹.] i. que eſt de ea vł quā habem⁹ meritis ei⁹.] abūdat.] in nobis mare penitentie.] et conſiliū ei⁹ ī abiſſo magna.] i. ꝓfundū eſt. ꝛ de ꝓfundo caritatꝭ ꝓueniens cōſiliū eius. Uel] cōſiliū ei⁹ in abiſſo magna.] i. in magnitudie et mltitudine peccatoꝝ nō reſtat niſi refugere ad ipſam. Duplex aūt cōſiliū dat ipſa peccatorib⁹. Unū ecci. xxiiij. Trāſite ad me oēs ꝛc̄. Aliud Ioh. ij. Oīa quecūq̄ dixerit vobis filius meus facite. Ideo dicit̄ p̄cōꝰ Hiere. xxiij. In nouiſſimo intelligetꝭ cōſiliū ei⁹. quod mō deſpicitis. Parab. i.] Deſpexiſtis omne cōſiliū meū.] i. cōſiliū meūꝫ qḋ eſt omne bonū. i. plenū omni bono. Dicit̄ ḡ.] A mari.] i. pl⁹ q̄ꝫ mare.] abūdat cogitatio eius.] Quia ſicut impoſſibile eſt hūano ſenſui cogitare vł dinūerare guttas maris vł bibere totū mare. ſic impoſſibile ē ꝛ lōge amplius hūano cape intellectu. caritatē. pietatē. hūilitatē. ꝛ cetera q̄ ꝑtinent ad mariā. Uel.] A mari abūdat cogitatio ei⁹.] i. de ei⁹ bonitate. i. pl⁹ q̄ꝫ mare. Facili⁹ enī poſſet mare exhauriri. q̄ꝫ marie bonitas ꝑfecte cogitari.] Cogitatio enī ei⁹.] i. que ē de ea. maior. melior. et excelſior eſt omi cogitatōe. Quis enī ſufficiat cogitare ꝓfunditatē hūilitatis eius. q̄ cū dei mater annūciat̄ r̄ndet. Ecce ancilla dn̄i. Quis cōꝑhēdere valeat excellentiā caritatis ei⁹. cū a filio increpat̄ dicēte. Quid mihi ꝛ tibi ē mlier. Et tamē defectū vini miſerās ꝛ verecūdie miniſtroꝝ cōpatiens cōſulit eis. Quodcūq̄ dixerit vobis facite. Quis eſtimare poſſit imenſitatē pietatis ei⁹ cū filiū crucifigi videt. nec recla mat. ſciens paſſionē filij humani generꝭ ſalutē opari. Debem⁹ igit̄ ꝛ nos q̄ntuꝫ ꝑmittit humana fragilitas. freq̄nter ꝛ aſſidue de illa cogitare. ꝛ in cogitatu nr̄o ꝑtractare de his q̄ ad ei⁹ ꝑtinent glīam et honorē. Sap. vi. Cogitare de illa ſenſus eſt cōſummatus. et q̄ vigilauerit ꝓpter illam cito erit ſecurus. Ecci. xxxi.] Cogitat⁹ illi⁹ auferet ſomnū.] peccati ſcꝫ. Itē ecci. xliij.] In ſermōe ei⁹.] i. ipſa ꝓ nobꝭ orāte] ſiluit vent⁹.] i. ceſſauit diabolica tēptatio.] ꝛ cogitatōe ſua.] qn̄ ſcꝫ fideliter ꝛ deuotiore cogitam⁹ de ea.] placauit abiſſum.] i. cor petōris ꝓfundū et tempeſtatōibꝰ obtenebratū. Parab. iij. In oībꝰ vijs tuis cogita illū. ſ. deū. ꝛ ipſe diriget greſſus tuos. i. reget opa. Hoc idē poteſt dici de mr̄e. Thob. iiij.] Oībꝰ diebꝰ vite tue deū in mente habe] ſupple. ꝛ matrē ei⁹.] et caue ne aliq̄ndo peccato cōſentias.] Quaſi di. Per talē recogitatōem facile poteris cauere a peccato. C D

Iugem memoriā debem⁹ marie. Capitulū x.

Debemus etiā marie iugē memoriā. Uñ ipſa dicit Ecci. xxiiij.] Memoria mea in generatōe ſeculoꝝ.] De hac memoria dicit̄ Ecci. xlix. In omni ore quaſi mel indulcorabit̄ ei⁹ memoria. In p̄s. Memoriā abūdātie ſuauitatꝭ tue eructabūt. Dic ergo. Memoria mea ī generatōe ſeculoꝝ.] i. in hoībꝰ q̄ ꝑ generatōnē ſibi ſuccedūt ꝛ tn̄ ſunt] ſeculoꝝ.] q̄r ꝑmanebunt ineternū q̄ debito mō mei memoriā habēt. Ideo dicit̄ ei yſa. xxvi. Nomē tuū ꝛ memoriale tuū in deſiderio aīe. Oſee xlii. Memoriale ei⁹ ſicut vinū libani. i. mirabiliter delectās. ſuauiter inebriās. ꝛ virgines germinās. Zacha. ix. Quia liban⁹ interꝑtatur cādor. et deſignat virginitatē. Uel ſic.] In generatōe ſecloꝝ.] i. hoīm quoꝝ vna eſt generatio tamē duplex ſeculū ſm̄ ſtat⁹ merēdi ꝛ accipiēdi. Quaſi di. In memoria habebor a ſanctꝭ q̄ ꝑmanebunt in vtroq̄ ſeclo. Si enī memoria iuſti cū laudibꝰ. ꝓuer. x. q̄nto magꝭ memoria virginis ꝑ quā nobꝭ chriſt⁹ factus ē iuſticia. i. Chor. i. Uel] ſeculoꝝ.] dicit. ꝓpt̄ duplicē ſtatū. exilij ſcꝫ ꝛ libertatꝭ. Iuſtū enī eſt vt iugiter habeam⁹ memoriā ei⁹. Unde dicit̄. iiij. ſap.] Immortal̄ eſt memoria ei⁹.] i. caſte generatōnis. vł marie. q̄ exēplo ſue virginitatꝭ in alijs generat caſtitatē. ꝛ q̄ ſalua caſtitate genuit ſaluatorē.] quia apud deū nota eſt.] qḋ nō eēꝫ niſi eſſet pulcra valde. Amic⁹ enī nō libēter memoratur amice ſue niſi ſit pulcra valde in ocul̄ ſuis.] Quoniā apḋ deū.] q̄ eſt imortal̄ ꝛ nihil obliuiſcit̄] nota eſt.] noticia approbatōis.] et apud hoīes.] Pulcra generatio ꝓprie eſt generatio ſanctoꝝ vł marie ꝛ ceteraꝝ virginū.

Frater werric⁹

Iugem mentis intuitū debemus marie Capitulū xi.

Debemus etiā noſtre mentis intuitū iugiter ad eā dirigere. ꝛ ad ipſam intuēdā ſpūales oculos attollere. Unde ecci. iiij.] Qui intuet̄ illā.] i. ſapiētiā. vel

chriſtū in cruce. vel ipſam mariā [intueſ] [inquā] oculo fidei ⁊ vere dilectōis. vt ad eā iugiter ſtillet ocul⁹ fui ſui. Job. xvi. [Permanebit cōſidēs] [in die iudicij.] vt etiam dicere poſſim⁹ illud. i. Mach. Dña noſtra ad te ſunt oculi noſtri ne pereamus. Itē illud. ij. Paral. xx. Cū ignorem⁹ ꝗd agere debeam⁹. hoc ſolum reſidui habem⁹ vt oculos noſtros dirigam⁹ ad te. Item vt de ea dicam⁹. Prouidebā dñam ī cōſpectu meo ſemꝑ ⁊c̄. Nota ꝙ intellectus ⁊ affectus noſter duo ſunt oculi ꝗbꝫ filiū ⁊ matrē debem⁹ pariter intueri. ſicut acies oculoꝝ corꝑaliū ad idē pariter dirigiť. Sed multi oculū ſiniſtrū. i. intellectū vertūt ad celum ꝑ ſtudiū. et dextrū. i. affectū vertūt ad terrā. Hi ſunt qui fedus ineūt cū naas. i. diabolo. i. Regū. xi. qui eis eruit oculos dextros a capite. i. chriſto.

Congratulationē debemus marie. Capitulū xij.

q Uia cor ei⁹ exultat de noſtra emendatōe. et cor noſtrū congratulari ei debet de gratia quā inuenit apud deū. ⁊ de ceteris bonis ꝗ data ſunt ei. ideo deſignatur ꝑ ſarā. que dicit Gen̄. xxi. Riſum fecit mihi dñs. ⁊ ꝗcunqꝫ audierit corridebit mihi. Riſum enī fecit dñs marie in ꝯceptōe ſaluatoris. cū et ei ⁊ in ea nobis arriſit. Uel cū tam ei ꝙ̄ nobis dedit ridēdi et gaudēdi materiā. Uñ ⁊ in partu eius dixit angel⁹ ad paſtores. Annūcio vobis gaudiū magnū Lu. ij. Ecci. li. [Letatū eſt cor meū ī illa. ⁊ ambulauit pes me⁹] [i. affect⁹] [iter rectū] [ſcꝫ mādatorū dei.] Ecce fruct⁹ h⁹ gaudij. Jō etiā dicit btūs Anſelm⁹. ꝙ aſſidue rogāda ē maria. vt ⁊ ꝯgratulatio britudinis eius ſemꝑ ſit apd̄ nos. ⁊ ꝯpaſſio miſerie nr̄e ſemꝑ ſit apud eā.

Anſelm⁹

Compaſſionē debemus marie. Capitulū xiij.

d Ebemus etiā ei de corde ꝯpaſſionē. ⁊ tam matri ꝙ̄ filio ꝯdolere ⁊ compati. Quia et chriſti paſſio et marie cōpaſſio cui⁹ animā filij gladius ꝑtrāſiuit. a nobis exigunt ꝯpaſſionis affectū. Quia ſi ꝯpatimur. ⁊ conregnabim⁹. ij. Thi. ij. Et ſi fuerim⁹ ſocij paſſionū. erim⁹ ⁊ ꝯſolationū. ij. ad Chor. i. Sic etiā honorať a nobis filius ſi cōpaſſi fuerim⁹ matri. Unde ecci. vij. [Honora prēm tuū] [ſcꝫ deum.] [⁊ gemit⁹ matris me] [ſcꝫ marie] [ne obliuiſcaris.]

Nunqꝫ obliuiſci debem⁹ mariā. Capitulū xiiij.

d Ebemus etiā nūqꝫ ipſam obliuiōi tradere. quia ipa nunqꝫ obliuiſciť ſui memores. Uñ dicit yſa. xlix. Nunꝗd obliuiſci ꝑt mlier ⁊c̄. libro. iiij. ti. xvij. T. ꝙ maria dilexit memoriť. Unde pſal. [Si nō meminero tui] [ſcꝫ cū amore.] [et ſi nō ꝑpoſuero tui hierl'm] [i. o tu maria] [in ꝑncipio leticie mee] [i. ſi nō eſt mihi ꝑcipua de te et in te leticia poſt filiū tuū] [obliuiōi deť dextera mea.] vel [obliuiſcať me] [alia lr̄a.] [dextera mea] [i. vita eterna. de ꝗ diciť Cañ. ij. et. viij. Dextera illi⁹ amplexabitur me.] Et interponit cōditōem quā neceſſe eſt impleri. vt oblit⁹ hieruſalē. id ē vite eterne vł beate marie deť obliuioni apud deū. [et lingua mea adhereat faucibus meis] [i. mutus fiā a laude dei. ſi intermiſero laudes tuas. ⁊ ſi nō fuerit apud te ⁊ de te laus mea in eccl'ia magna.

Gemitū fletū ⁊ ſuſpiriū debemus marie. Capitulū xv.

a D ipſam cū fletu ⁊ gemitu debem⁹ ſuſpirare. Uñ dicūt fideles aīe. Fleuim⁹ dum recordaremur ſyon. i. marie. Jō canit ei eccl'ia. Ad te ſuſpiram⁹ gemētes ⁊ flentes ⁊c̄. Gemit⁹ enī ⁊ fletus efficaci⁹ chriſto ſupplicāt ⁊ marie. ꝙ̄ ꝟba cōpoſita. Unde Baruch. iij. Aīa in anguſtijs et ſpūs anxi⁹ clamat ad te. Grego. ſuꝑ illō Job. xl. de vehemoth. Nūꝗd mltiplicabit ad te ꝑces aut loquatur tibi mollia. Grego. Ueraciť orare eſt amaros ī ꝯpūctōe gemit⁹. ⁊ nō ꝯpoſita ꝟba reſonare.

Grego.

Grego.

Deſideriū debem⁹ marie. Capitulū xvi.

d Eſideriū cordis etiā debem⁹ marie. quia nobis deſiderat omē bonū dicens cū apl'o. Teſtis eſt enī mihi deus ⁊c̄. Phil. i. Ut ei dicere valeat ſeru⁹ eius. Dña ante te omne deſideriū meū ⁊c̄. Itē illud Iſa. xxvi. [Aīa mea deſiderauit te in nocte] [pſentis vite.] [Cōcupiſcētia ei illi⁹] [ſicut diciť de ſapia. ſap. vi.] [deducit ad regnū ꝑpetuū.] [Preoccupat etiā eos ꝗ ſe ꝯcupiſcūt. vt illis ſe ꝑore oſtendat. ſicut ibidem diciť. Ideo etiā inuitat ad ſe ꝯcupiſcētes ſe. ecci. xxiiij. dicēs. Tranſite ad me omnes qui ꝯcupiſcitis me. ⁊ a generatōnibꝫ meis implemini. Iſtud inuenies expo-



+ 36
2 iuge
memoria

ſitū in primo ſermone de natiuitate ei⁹. libro. xij. particula. vij.

Iuge ſeruitiū debemus marie. Capitulū xvij.

e X toto corde debem⁹ nos ſeruitio illi⁹ aſtrīgere. Ecci. vi. [Audi fili mi] [lauſ] [te cordis] [⁊ accipe cōſiliū intellect⁹] [i. qđ confert purū intellectū ſine errore.] [Ne abijcias] [qſi voluntari⁹] [pedē tuū] [i. affectū] [in ꝯpedes illi⁹.] [particularia ei ſeruitia marie. de ꝗbꝫ agiť in hoc loco. ꝗſi ꝗdā cōpedes ſunt. tenētes ſeruos illi⁹ in ſtatu iuſticie ne currāt ad illicita.] [⁊ ne acidieris] [i. ne grauiter et tedioſe feras. ſed cū hilaritate impleas ꝑcepta ſapiētie et marie] [in vinculis eius.] Itē ibidē de ſapia et maria. [In omni aīo tuo accede ad illā] [i. omnes cogitatōes et deſideria in illā conuerte.] [et in omni virtute tua ꝯſerua] [i. corde et oꝑe ſerua] [vias ei⁹] [i. ꝑcepta ⁊ exēpla ꝑ ꝗ venim⁹ ad ipſam. et ipa ad nos. Itē ibidē. [Inueſtiga illā] [orādo. ſtudendo. ꝑitiores interrogādo. ad ei⁹ laudē oꝑando.] [et manifeſtabiť tibi.] [⁊ cetera mlta.] Et tandem ſubiungiť. Decor enim vite eſt in illa. in pſenti ꝑ gr̄iā. in futuro ꝑ gl'iam. [⁊ vincula illi⁹] [i. exempla ⁊ ſeruitia ꝗbꝫ ligamur ne diſcurram⁹ ꝑ cāpos licētie] [alligatura ſalutaris] [qꝛ extrahūt a pctō. et trahūt ad ſalutē eternā.

Iuge ⁊ ꝗtidianū ſeruitiū debem⁹ marie. Capitulū xviij.

ſ Eruitiū eius ⁊ laudes nūqꝫ debem⁹ intermittere. Uñ ꝓb. iiij. [Arripe illā] [i. ſapiētiā vel mariā ad ſeruiēdū ei.] [⁊ exaltabit te.] [a terrenis ad celeſtia.] [et glorificaberis ab ea cū eā fueris amplexat⁹.] Dabit capiti tuo augmēta gr̄aꝝ. ⁊ corona inclita ꝓteget te. Arripe illā [i. ad te cape.] Uel [arripe] [cito ⁊ ꝗſi violēter. ſicut res diu deſiderata ꝗſi cū violētia et ꝗdā īpetu ſolet appħēdi.] Uel [arripe] [ſicut auis nobilis ꝑdā nobiliſſimā ⁊ eſcā ſuauiſſimā. Jō enī fili⁹ matrē ſubleuauit ad celum. vt nos ad ſe traheret. Seqꝛ. [Et exaltabit te] [ab imo vicioꝝ ad alta ꝟtutū. a tra ad celū.] [⁊ glorificaberis ab ea cū eā fueris amplexat⁹] [ꝗſi rē amatā.] [amplexat⁹] [quaſi ſcꝫ duobꝫ brachijs amore et ſeruitio.] Seqꝛ. [Dabit capiti tuo] [i. menti. ꝗ ē caput aīe] [augmēta gr̄aꝝ] [ſpūaliū corꝑaliū ⁊ tēporaliū.] [⁊ corona inclita] [ex roſis caritatis ⁊ patiētie. ex lilijs caſtitatis gemiť. ex violis hūilitatis et ꝑpantie] [ꝓteget te.] [qꝛ ꝑ hāc triplicē ꝟtutē ꝓtegiť hō ab inſultibꝫ viciorū ⁊ demonū. Ibidē. [Ne dimittas eā. ⁊ cuſtodiet te. dilige eā ⁊ ſeruabit te. Ne dimittas eā] [qſi addorſando eā ꝓpter meretricias voluptates.] Uel [Ne dimittas eā] [i. ne effuges eam peccādo mortaliter. qꝛ nō recedit a ſeruo ſuo. niſi ꝓpť mortale peccatū. Jpa eſt enī apis Ecci. xi. quā fugat fece peccati] [Et cuſtodiet te] [a violētia diaboli.] [Dilige eā ⁊ ſuabit te] [a peccato ⁊ hoſtiū oppſſione. Itē ꝓb. xxvij. [Qui ſeruat ficū] [i. mariā. ꝗ diciť fic⁹ ꝓpter dulcedinē fructus ſui.] [comedet fructus ei⁹. ⁊ qui cuſtos eſt dñi ſui glorificabitur.] [hicamus] [dñe ſue.] [Item ecci. vij. [Noli recedere a mliere ſenſata quā ſortitus es in timore dñi.] [Mulier ſenſata btā virgo. habens ſenſum dñi in regēda familia eccl'ie. A qua diſcedit. ꝗ ſeruitiū illi⁹ ꝑ negligentiā intermittit. Uel ꝗcunqꝫ dimiſſa caſtimonia. ſequiť meretricias voluptates. Uł generaliť. quicūqꝫ mortaliter peccat] [Quā ſortit⁹ es] [ex dono gr̄e dei ſpecialiť ipam diligēs et ei ſeruiēs] [in timore dñi] [i. cū reuerētia hūilitate ⁊ deuotiōe.

A

B

Itē Eccl'es. iiij. [Ne feſtines recedere a facie eius. neqꝫ ꝑmaneas in oꝑe malo. Ne feſtines recedere a facie ei⁹] [i. a bñplacito. Nunqꝫ enī deus vł ipa maria deſerit hominē niſi prius ab ipo hoīe deſerať. Semꝑ enī mater ⁊ fili⁹ primi ſunt in acceſſu. ſed vltimi in receſſu. ſicut dicit btūs dyoniſi⁹. Itē [a facie ei⁹] [Ante faciē chriſti ⁊ marie ſunt qui eis ſeruiūt ⁊ miniſtrāt. ſicut dicit raphael thob. xij. A facie eoꝝ recedere feſtinant. qui ab eoꝝ ſeruitio ⁊ bñplacito reſiliūt. ſicut recidiuātes. O ſi forte peccādo receſſeris. ſtatim reuertere ꝑ penitētiā. Quia ſicut dicit btūs ciprianus. Uicinať innocētie feſtinata correctio. Propter hoc enim mater et fili⁹ clamāt aīe peccatrici Canti. vi. Reuertere reuertere ſunamitis ⁊c̄. vt intueamur te. Et hoc eſt quod ſequiť. [Neqꝫ ꝑmaneas in opere malo.] [ſicut quidā qui nolūt conuerti donec ſenuerint. quibus dicitur Eccleſiaſtici. v. Ne tardes cōuerti ad dominū. ⁊ ne differas de die in diem. ſubito enim veniet ira eius. et ī tempore vindicte diſperdet te.

C

Dyoniſi⁹

Cipian⁹

Itē ad continuādū et deuotiſſime celebrādū ſeruitiū btē virginis valet illō exēplū qō narrat petr⁹ damianus de qbuſdā religioſis. q̄ ad ſuggeſtionē cuiuſdā puerſi fratris dicacis et accurate eloq̄ntie dimiſerāt ſeruitiū btē vginis. Et ſtatī dimiſſo ſeruitio eius: omnimoda infortunia ceperūt inſurgere ɔtra fratres illos. incendia. depdatões. ſtrages boiē. mortalitas alaliū. et hmōi. ita q̄ de vita deſperarēt fratres illi. ⁊ tederet eos viuere. Quācito aūt ad cōſiliū dicti petri reinceperūt fratres illi ſeruitiū marie. ceſſauit ab eis dicta quaſſatio. ⁊ mlta deīceps pace et pſgitate gauiſi ſunt fratres illi. toto corde de cetero marie ſeruiētes. D *Petr⁹ damianus*

Intentionē cordis debem⁹ ſeruitio marie Capitulū xix.

Tem debem⁹ ſeruitio ei⁹ ex toto corde intēdere. Vn̄ ps. Pſallite ſapiēter. Glo. ibi. Inſipiēter pſallit: q̄ nō itelligit qō pſallit. Itē ibi. Intēde voci orationis mee. Glo. Intendentē deus intendit. Aug⁹. Illud verſet in corde qō pferf in orōe. Unde dicit. ij. palip. xxxiij. Obſecrauit manaſſes intēte: et exaudit⁹ ē. Obſecra ⁊ tu intēte matrē ⁊ filiū: vt merearis exaudiri. Et nota q̄ dicit. intēde voci orationis mee. Vox orōis eſt deſideriū cordis: qō clamat in aure matris et filij. Sicut enī nō intelligit̄ qs p ſtrepitu labiorū ſine voce formata. ſic nec oratio ſine voce deſiderij. Vn̄ Gregori⁹. Quid pdeſt ſtrepit⁹ labioꝝ: vbi mutū eſt cor. Non loquit̄ autē deo aīa niſi p deſideria. Et q̄nto pfundi⁹ et ſpirituali⁹ eſt deſideriū. tanto vox altior eſt. et alti⁹ clamat ante deū. Nō eſt eī q̄ tam alte clamet voce exteriori q̄ vox ei⁹ audiat̄ vſq̄ ad miliariū. Vox deſiderij tā alte clamat: q̄ audit̄ vſq̄ i celū. Vn̄ exod. xiiij. dicit̄ moyſi. Quid clamas ad me. Bene aūt clamat: q̄ ſe poteſt dicere. De pfundis clamaui ad te dn̄e ⁊c. Et hoc eſt q̄n de pfundo cordis exit deſideriū. Hoc deſideriū ſe audire oſtendūt mater ⁊ fili⁹: cū q̄libet dicit yſa. lxv. [Anteq̄ clament ad me. ſono vocali. exaudiā eos.] vt dici poſſit vtriq̄ de deuote clamātibus [Preparatōem cordis eoꝝ. i. deuote clamātiū audiuit auris tua.] De illis autē q̄ indeuote orāt vl̄ celebrāt ſeruitiū mr̄is et filij. licʒ mlta de ore pferāt: et maximas modulatōes faciāt. dic̄ mater cū filio Iſa. xxix. Popul⁹ hic labijs me honorat. cor autē eorū lōge eſt a me. Nec tales vocāt mater et filius: clericos vl̄ canonicos: aut moniales aut monachos. ſed populares et villanos. ſ *i* *Aug⁹.* *Grego.* A

*Facile cō cedat̄ qō p ea petit̄* Itē. Quia cor marie leui oratiūcla dūmō deuota ſit flectit̄ ad pietatē: cū ipa ſit valde ɔpatiēs. et ſup afflictos pia geſtās viſcera. nec exēplo ioſeph. geū. xlv. diu ſe valeat cōtinere deuote et fideliter exorata. ⁊ cor noſtꝝ cū p ea vel noīe eius poſtulat̄ honeſtum aliq̄d. facillime debet concedere qō rogatur. B

# Incipit quarta particula ſecūdi libri

in q̄ agitur de particularibꝰ ſeruitijs q̄ glorioſe virgini debem⁹ de ſingulis mēbris ⁊ ſenſibus noſtris.

## Iſo de ſeruitiis que marie debe

mus ex corde. videndū eſt de illis q̄ debem⁹ ei ex mēbris ⁊ ſenſibus. v

De vultu ⁊ capite debemus ſeruire marie Capitulū primū.

Ebem⁹ enī ei de capite ⁊ vultu adorationē. demiſſionē. ⁊ inclinatōem. [Vn̄ yſa. in fine videt̄ ipa dicere cū filio. Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. Videtur etiā de illa dicere filio ſeruus eius. Adorabo ad templū ſanctum tuū. Item yſaie. xlix. videtur ei fili⁹ pmittere. Vultu in terram demiſſo adorabūt te. Siquidē exquo ad eam inclinati ſunt celi. et rex celeſtis ad eā deſcendit humiliatus. quod innuebat angel⁹ dicens. domin⁹ tecū. bene debemus nos miſeri viſa ei⁹ imagine vel audito noīe inclinari ad eā. Ipam enim adorātes filiū eius adoram⁹ in ipa et cū ipa. Vn̄ ps. Adorate dominū in aula ſancta eius. Aula domini imo regale palaciū beata virgo. Iſtud ad lrām fecerunt tres magi: in diuerſorio matrē cū filio adorātes. qō factū eſt palaciū regale cū in eo rex ſummus D



natus eſt. Itē pſal. Adorate ſcabellū pedū eius: quoniā ſanctū eſt. Debemus etiam inclinare imaginibꝰ ſuis tranſeūtes ante eas. intendentes adorare eam ſedētē in throno ad dexterā filij. qr ſic dr̄ in libro barlaam ⁊ ioſaphat. Reuerētia imagīs ad exēplar trāſit ipi⁹ imagīs. Ipa ē enī illa porta Eze. xlvi. ad cui⁹ oſtiū ppls terre adorat i ſabbatis. Nā ſabbatū ſpecial̄ dies ē btē vgīs. Sʒ nota q̄ cū porta ſit hūilis: oſtiū porte qō chriſt⁹ ē hūile eſt. quia nō niſi p humilitatē ad matrē vel filiū peruenitur. *Barlaam ⁊ Ioſaphat*

De oculis debemus ſeruire marie. Capitulū ij.

De oculis interioribꝰ. i. mentis intuitu. vt ſupra particula. iiij. cap. xi.

De oculis exterioribus

Ad exemplū eius a vanitate eos auertere. ipam exorātes. Auerte o domina oculos meos ne videant vanitatem.

Ex parte illi⁹ ad ſe reclamātes miſericorditer reſpicere. iuxta illud eccl. iiij. Oculos tuos ne trāſuertas a paupe. ⁊ elēoſinā paupis ne defraudes. Thob. iiij. Ne auertas faciē tuā ab vllo paupe. ita enī fiet vt nec a te auertat̄ facies dn̄i. vl̄ ipi⁹ marie.

Ad ipi⁹ ſuitiū reuerēter vigilare. Inteſt enī btā maria vigilijs ſuis. et mlto ciēs viſa eſt in ordīe ciſtercij dediſſe celeſtē pitāciā his q̄ vigilāter ⁊ deuote celebrauerant ſeruitiū eius. Sapie. vi. Qui vigilauerit pter illā ⁊c. Qui de luce vigilauerit ⁊c. Quere ſupra particula pma. cauſa. vij. ſtes et flētes ⁊c.

Ipaʒ cū fletu ⁊ gemitu exorare. Vn̄ canūt ei fideles eccl̄ie. Ad te ſuſpiram⁹ gemētes

Imagines ei⁹ reuerēter iſpicere: ad mēoriā ipi⁹ cordibꝰ nr̄is arti⁹ imprimendam. Subdictis enī modis oculos nr̄os ſeruitijs ei⁹ mācipādo. ſecure poterim⁹ ei dicere. Illos tuos miſericordes oclos ad nos cōuerte. Et talibꝰ dic̄ ipa cū filio illō Iohā. xvi. Videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtꝝ. et gaudiū veſtꝝ nemo tollet a vobis.

De auditu debem⁹ ſeruire marie Capitulū iij.

*Grego.* Ad honorē eius et gl̄iaʒ auditū noſtrū ad queq̄ obnoxia obturare. Grego. Sancti grauiter tolerāt quicq̄d nō ſonat id quod amāt. Eccl. xxviij. Sepi aures tuas ſpinis. et noli audire linguā nequā.

Quicq̄d honeſti de ea dicit̄ gratāter audire. q̄cq̄d inhoneſti nullo mō auſcultare. imo cum omni aſpitate dicētes ea redarguere. Iuxta illō ps. Detrahētem ſecreto pximo ſuo hunc pſequebar.

Iō dic̄ ipa eccl. xxiiij. Qui audit me n̄ ɔfūdet̄. Quere ſup̄ pticla. iij. cap. v. q̄ marie debem⁹ obediētiā. Maria ſiq̄dē auris dei ē. Vn̄ dr̄ de chriſto. [Preparatōeʒ cordis eoꝝ. i. pauperū. audiuit auris tua. i. maria. q̄ mediāte paupes exaudis. ſic hō audit mediante aure ſua.]

De olfatu debem⁹ ſuire marie Cap. iiij.

Pro honore mr̄is et filij odores meretricios abhorrere ⁊ fugere. de qbꝰ dic̄ ſalomonica mlier puer. vij. Aſperſi cubile meū mirra aloe ⁊ cinamomo. Ita dic̄ meretrix vt odore puocet ſtultū ad luxuriā. Sed hūc odorē ſeq̄t̄ fetor. Vn̄ yſa. iij. Erit p ſuaui odore fetor. Nota q̄ tres ſpecies aromaticas nolat. duas amaras: et vnam dulcē. ad deſignandū q̄ in luxuria plus eſt amaritudis q̄ delectatōis. Vna amaritudo ptinet ad pſens. ſecunda ad futurū.

Odore boni exempli et efficacie doctrine ad ipam adamādā quos poterim⁹ attrahere ad currendū in odore vnguētorū ipius. vt cortina cortinā trahat. Exo. xxvi. et. xxxvi. Et q̄ audit dicat veni. Apocal̄. in fine.

De guſtu debemus ſeruire marie. Capitulū v.

Guſtū noſtrū vt ei dignius ſeruiam⁹ a cibi et potus intēperātia refrenare. Quia n̄ eſt ſpecioſa laus in ore guloſi ſiue ebrioſi.

Neceſſaria victui modeſte ſumere. Quia [ſapiētia dei vel gratia marie] nō inuenitur in terra. i. in aīs vel corpore [ſuauiter viuentiū] Iob. xxviij.

De his que apponunt̄ in menſa aliq̄d qō p ipa paupi tribuat̄ ventri ſubtrahere.

In parca dieta vigilias eius et ſabbata ieiunare.

In ſollēnitatibꝰ eius pauperibus pro ea larg⁹ erogare. Et talibꝰ ɔuenit fruct⁹ glorioſiſſimi vētris ei⁹. qui i ſacramēto noſtra eſt refectio. ⁊ in futuro noſtra erit fruitio.

De humeris debemus seruire marie. Capitulū .vi.

Pro eius honore et dilectione fratrum infirmitates opere misericorditer supportare et pōdera tribulationū proximoꝝ pariter sustinere. Vñ gene. xlix. dr̄ de ysachar q̄ inter fines mercedis. Vidit requiē. i. mariā. i. q̄ christus fessus mēbris requieuit. sic ipsa dicit. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo ꝛc. Et q̄ esset bona. s. terrā. i. ipsam eādē mariā q̄ ē terra fluēs lacte ꝛ melle. i. q̄ optima. ꝛ supposuit humerꝫ ad portandū onera supradicta.

Itē eccl̄i. vi. dicit de sapientiā. et potest intelligi de maria. Subijce humerꝫ tuum. ꝛ porta illā. Hoc est. colla tuos suppone magisterio eius. Subijce. s. p humilitatē. porta. s. p fortitudinē. Subijce. s. p obedientiā. porta. s. p patientiā. Et ne acidieris in vinculis eius. i. ne grauiter et tediose feras. sed cū hilaritate imple precepta sapientie et marie. Dicit autē acidia ab aceo aces. Vñ homo acid⁹. i. sine igne caritatis. que leuiter fert oīa. Et de talibꝫ dr̄. In siti mea potauerunt me aceto.

De manibꝫ siue de tactu debem⁹ seruire marie. Cap. vii.

Ad eius honorē manus ab omni contactu polluto et ope illicito sedulo conseruare. vt sua puritatē manuū nostrarū retribuat nobis.

Eas ad pauperes p posse extēdere. Vnde eccl̄i. xiiij. Scd̄m vires tuas exporrigēs da pauperi. vt exēplo eius manū tuā aperias inopi. ꝛ palmas extēdas ad pauperes.

Ad ipsam orādā puras man⁹ leuare. i. Thimo. ij. Treno. iij. Leuem⁹ corda nr̄a. i. affectiōes nr̄as. cū manibꝫ. i. bonis opibꝫ. Qd̄ nō pōt fieri nisi manus nostre ligate sint preceptis officijs q̄ sunt q̄si manice ferree. ne extēdant ad illicita. Vñ ps. Ad alligādos reges eoꝝ. i. iustos se regētes. in cōpedibꝫ. et nobiles eoꝝ in manicis ferreis. Ideo dr̄ eccl̄i. vi. Ne acidieris in vinculis eius. s. sapientie vel marie. vt sup.

Oratoria eius altaria et imagines ornare ꝛ instruere.

ꝑuenientis in eam ſpūſſctī. ab hora obumbrātis ſe virtutis altiſſimi. nō ſolum in
omni gratia ↄſūmata. verūetiam in omni bono et dono qḋ acceperat cōfirmata.
In ceteris enī ſanctis magnificū habet᷑ qḋ a vicijs nō poſſunt expugnari. in iſta
mirificū habet᷑ qḋ a nullo vicio potuit vel in modico impugnari. Et h̄ in ea ſupra
modū fuit mirabile. et p̄ ceteris oībꝰ ſāctis ſingulare. ꝙ in ea ↄuenire potuit tāta
corruptibilitas cū tāta incorruptibilitate. ⁊ ecōuerſo. Corruptibilitas in his q̄ ꝑti/
nent ad penā. icorruptibilitas in his q̄ ꝑtinent ad culpā. Sed ſibi ad future glie
cumulū. nobis ad patientie documētū ꝓfuit. ꝙ paſſibilitatis noſtre iugū cū tanta
puritate portauit. Qḋ enī de extermínio peccati in ea factū credit᷑. futurū in oīb⁹
ſanctis ſperat᷑. futurū inquā. ſed nō in corpe coꝝ adhuc mortali. ſed in corpe coruꝫ
iam facto imortali. pri⁹ ei oportebit corruptibile hoc induere incorruptiōēꝫ. ⁊ mor/
tale hoc immortalitate.

De ſanctificatõe marie Titulus xxviij.

b E ſanctificatõe beate virginis dicit pſ. Sãctificauit tabernaculũ ſuũ altiſ A
ſimus. Sed quoniã ad h ſanctificata eſt vt digna fieret ↄcipe ſaluatorẽ. ꝓ
mittit de ↄceptu eiꝰ dicẽs. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatẽ dei. Fluminis
impetus .i. ſupuentio ſpũſſcti letificat ciuitatẽ dei .i. beatã virginẽ. in q̃ habita/
uit plenitudo diuinitatis corꝑaliter. ad Col. ij. Et ex hoc fuit in ea ciuiũ vnitas. id
ẽ ſenſualitatꝭ ꝛ rõis plena cõcordia. Et bene dicit impetꝰ. qꝛ q̃cito reſpondit ãge
lo. fiat mihi ſm verbũ tuũ. ſtatim filiũ dei ↄcepit. ꝛ ex hoc letificata eſt vehemẽter.
Vñ dixit ad elizabeth. Exultauit ſpũs meus ꝛc̃. Seqtur. Sctificauit taberna/
culũ ſuũ altiſſimꝰ. Tabernaculũ idem qđ ciuitas illa. i. beata ṽgo. in q̃ altiſſimꝰ
armauit ſe armis nr̃e mortalitatꝭ. q̃bꝫ ↄ diabolũ dimicauit. ſicut poſtulauerat pſ.
Appꝛehẽde arma ꝛ ſcutũ ꝛc̃. Hoc tabernaculũ ſctificauit altiſſimus. qñ eam i vtero
matris purgauit ab origiali vt tota mũda naſceret. Sequit de fide ↄceptõis. De
us in medio .i. in vtero eius. ſcꝫ virginis nõ ↄmouebit. a deitate in hũanitatem.
vt hãc aſſumẽs illã relinqt. ſed idẽ erit deꝰ et hõ. ꝛ h eſt nõ ↄmouebit .i. totalit nõ
mouebit. Quodã enĩ mõ motus fuit motu pietatꝭ. ſed nõ motu alteratõnis. qñ ad
eiꝰ vterũ intrãdũ ſe hũiliauit. Sed nõ ex toto motꝰ. qꝛ diuinitatẽ nõ depoſuit. Se B
quit. Adiuuabit eã deꝰ mane .i. in ꝑncipio vite ſue. ꝛ cũ adhuc eſſet in vtero. di/
luculo. tenebras origial peccati tollẽte. Et appellat diluculũ gratie ortũ i illa. Alia
lr̃a habet. Adiuuabit eã deꝰ vultu ſuo. Vel meliꝰ. Adiuuabit eã deus mane. ſicut
expoſitũ eſt. diluculo .i. claritate virtutũ q̃ tunc infuſe ſunt ei. Sic exponit glo. di
luculũ Job. vij. Viſitas eũ diluculo. In ſanctificatõe enĩ eius omnẽ rubiginẽ cul
pe originalꝭ abſtulit celeſtꝭ auri faber de argẽto virginee carnis et anie vt egrederet
vas vtcunqꝫ puriſſimũ ad recipiẽda dona graꝝ ꝑmo. ꝛ filiũ dei carnẽ aſſumpturꝝ
ſcđo. Ideo ꝑdictũ erat puer. xxv. Aufer rubiginẽ de argẽto. ꝛ egredit vas puriſ
ſimũ. Et ſunt verba prĩs ad ſpm̃ſanctũ. Nec ſolũ tũc ablata eſt rubigo culpe origi
nalis. ſed ornatũ eſt vas iſtud om̃i lapide ꝑcioſo. i. omni cariſmate ſpũali. Deliꝰ i/
tenies libro. iij. pte. i. titulo de priuilegio carnis virginee.

De obedientia marie Titulus xxix.

b E obediẽtia marie dicit ipſa Cant. v. Anima mea liq̃facta ẽ. ꝑ incẽdiũ cha A
ritatis. parata videlicꝫ inſtar metalli liq̃facti decurrere in oẽs modulos di/
uine volũtatis. vt dilectꝰ locutꝰ ẽ. ad me ꝑ gabrielẽ. poſtulãs me in mr̃em. cui me
obtuli in ancillã. ſciens qm̃ q̃ ſe hũiliat exaltabit. Et nota ꝙ ꝓpꝛiũ ẽ metalli liq̃fa/
cti deſcẽdere. Sic fecit maria obediẽdo. cũ poſtulata in matrẽ dei qđ fuit ei ſũma
dignitas. ſe nominauit ancillã. quod fuit ſũma hũilitas. Et ideo aĩe ſue attribuit li
quefactõem. que eſt ꝓꝑie metalli.

Item Ratõe obediẽtie ↄpatur auro maria. vbi dicit archa. thꝛonꝰ. ſoliũ. ↄpat fere oĩ B
bus vaſis tẽpli ꝛ tabernacli que fuerũt aurea. Auꝝ enĩ tractabiliꝰ eſt oĩbꝫ metallis.
ꝛ q̃nto tractabiliꝰ. tãto ſubtilibꝫ opibꝫ faciẽdis ↄpetentiꝰ. De q̃ videlicꝫ auro fabri
catũ eſt artificio ſpũſſcti vas illud admirabile opus excelſi. in q̃ filiꝰ dei comedit fa
uũ ſuum cũ melle ſuo. bibit vinũ ſuũ cũ lacte ſuo. Itẽ In obediẽtia marie impletũ
eſt qđ olim ꝑdixerat dñs Oſee. vi. obediẽtiã ſe malle q̃ ſacrificiũ. ꝛ ſciaꝫ dei ꝛc̃.
Itẽ Ratõe obediẽtie pt ipſa dicere cũ filio ſuo illud Iſa. l. Erigit mane. mane erigit C
mihi aurẽ. vt audiã q̃ſi magiſtrũ. Dñs deus apuit mihi aurẽ ꝛc̃. Elegãter verba
diſpoſuit. cũ ꝑus ſibi erectã aurẽ ꝓhibuit q̃ꝫ aptam. Erectaꝫ habet aurẽ. q̃ nõ ad
rumurculos ſingulares vel ad eloquiũ de terra muſſitãs. ſed ad ea q̃ deſurſũ ſunt
paratũ habet auditũ. q̃bus bonũ eſt aurẽ apiri. Depſſa eſt enĩ auris. q̃ verbis ſe/
cularibꝫ diligenter attẽdit. Mane dicit maria erectã ſibi aurẽ. que ab initio etatis
ad ṽba celeſtia paratũ habuit auditũ. ꝛ docuit nos habere. Erexerat aũt ꝛ aperu/
erat dñs auditũ marie. Unde q̃ſi iuuẽcula erectã aurẽ habens. facile ꝛ libẽter ṽba
ſuſcepit angelica. i q̃bus turbata eſt. que etiã nullũ verbũ audiſſe legit in euãgelio
ante illud. Et ab auditu ipſius. initiũ ſumpſit repatio noſtra. vt intraret remediũ
vnde irrepſit morbꝰ. et ꝑ eadẽ veſtigia ſequeret vita mortẽ. lux tenebras. veritatis



antidotũ. ſerpentꝭ venenũ. ꝛ vite ianua fieret audiꝰ ꝑ quẽ intrauerat mors i mũdũ.

De omnipotẽtia marie Titulus xxx.

Fulbeꝰ carnotẽſ

b E omnipotẽtia marie dicit Fulbertus carnotẽſ. in illa omel. approbate cõ/ A
ſuetudinis ꝛc̃. Siqdem mater dñi vbiqꝫ imperioſa ẽ. vbiqꝫ magnifica. ſm
charitatẽ erga ſupos. et ſup inferos ꝑ diſtrictõeꝫ. q̃ miſit angelũ in auxiliuꝫ
magni patris blaſij. ꝛ ſuſcitauit militẽ q̃ hoſtẽ eiꝰ iulianũ apoſtatã interfecit. Hec

De theophilo.

eſt q̃ cirogꝛaphũ theophili diabolo potẽter ereptũ captiuo reddidit in ſignũ liberatꝭ.
ꝛ ipm̃ ſe ſuppliciter inuocãtẽ ab ipſis diaboli faucibꝫ potẽter eripuit. Ipſi certe ꝓ/
ꝑiũ eſt angelos ſctõs in miniſteriũ mittere. ꝛ ad bñplacitũ ſuũ inferoꝝ pacta q̃ſſare.
vt de ea ↄgrue dici poſſit illđ Eccl'ſ. viij. Omne qđ voluerit faciet. et ſermo illiꝰ
poteſtate plenꝰ ẽ. nec dicere ei q̃ſq̃ꝫ poteſt. q̃re ita facis. Itẽ ſap. xij. Quis dicet ti/
bi. q̃d feciſti. aut q̃s ſtabit ↄ iudiciũ tuũ. Ibidẽ. Ei enĩ ſubeſt cum voluerit poſſe.
Item Sap. xvi. Tu es q̃ vite et mortis hab es poteſtatẽ. ꝛ deducꝭ ad portas mor
tis et reducis. Ipſa eſt q̃ mortificat. ſicut in iuliano. et viuificat. ſic patꝫ i theophi
lo. Deducit ad inferos ꝛ reducit. Ecci. xlij. In omni neceſſitate om̃ia obaudiũt ei.
Vñ dicit cũ filio Iſa. xlvi. Cõſiliũ meũ ſtabit. et oĩs volũtas mea fiet. Job. xxiij.
Anima eiꝰ q̃dcũqꝫ voluit fecit ꝛc̃. Ideo dicit eciã manꝰ eiꝰ tornatiles. Canti. v.
qꝛ in ꝓmptu habꝫ facere q̃cq̃d ei placet. ſicut ars tornãdi ꝓmpta eſt ꝛ expedita. Lau
rex. qꝛ ex charitate dei et ꝓximi ꝓcedit q̃cq̃d facit. plene iacintis .i. ṽtute celeſti.
Itẽ Sap. vij. Cũ ſit vna. i. ſingularꝭ pietate. caritate. et ꝑſidio. oĩa poteſt. ex do/
no filij ſui a q̃ oĩpotẽte oĩpotens eſt effecta. ꝛ ꝑmanẽs in ſe .i. ꝑfecte manẽs im/
mutabil bonitate potẽtia ꝛ miſicordia. oĩa innouat .i. hoĩeꝫ ꝓpter quẽ facta ſũt
oĩa. et q̃ habet cũ omni creatura ꝑticipiũ. Innouat. inq̃m hoĩem ꝑ grãm in ꝑſen
ti. ꝛ ꝑ glãm i futuro. Et ꝑ natões .i. in omni gẽte ſine ꝑſonaꝝ acceptõe. in aĩas
ſanctas ſe trãſfert. grãm infundẽdo. quas ſanctas nõ inuenit. ſed grã ſua ſanctas
facit. Et amicos dei .i. amãtes deũ et amatos a dõ. ꝛ ꝓphetas cõſtituit. h eſt ac
cendit ad amorẽ dei. et illumiat ad cognitõeꝫ eiꝰ. Vñ et dicit illumiatrix.
Ipſa enĩ regina eſt illiꝰ ciuitatꝭ cuiꝰ filiꝰ ſuus rex. et eiſdem ꝑuilegijs ſm leges gau/ B
dent rex ꝛ regina. Cũ aũt eadẽ ſit ptãs et ꝛ ↄmunis matrꝭ et filij. q̃ ab oĩpotẽte fi/
lio oĩpotens eſt effecta. qꝛ nõ eſt ptãs niſi a deo. ad Ro. xiij. Vñ dicit cũ filio mat.
in fine. Data eſt mihi oĩs ptãs in celo ꝛ in terra. tñ excellẽter potẽs eſt in eccl'ia tri
umphãte. Vñ dicit ecci. xxiiij. In hieruſalẽ. ſupna. poteſtas mea. imperãdi ſcꝫ
qđ volo virtutibꝫ angelicꝭ et aĩabꝫ ſanctis. ꝛ faciẽdi ad bñplacitũ meũ. ꝛ q̃s volo
introducẽdi. Itẽ Sicut marie filiꝰ rex regũ eſt ꝛ dñs dñantiũ. Apoca. xxi. ſic ma
ria mater chꝛiſti regina eſt hũ ſe regentiũ. ꝛ dña eoꝝ q̃ ſibi dñant. Dominare g̃ ſen/
ſualitati tue. et caſtiga corpus tuũ. et redige in ſeruitutẽ. ſi tãte regine familie aſcri
bi cõcupiſcis. Itẽ rõe potentie appellat maria ṽga ṽtutis dñi. Quere lib. xij. pti/
cula. vi. ti. xxi. de virga. vbi maria dicit virga virtutꝭ. poſt tractatũ de ſeptẽ virgis.
poſt mediũ tituli.
Item In h manifeſtiſſime appa ret oĩpotentia marie. ꝙ ſicut legit in miracl'ꝭ eiꝰ mĺ C
tos de ſua dãnatõe iã certos. mĺtos in aq̃s ꝑfocatos. multos ex improuiſo mortu
os q̃ dũ viuerẽt ipiꝰ patrocinio ſe ↄmendauerãt. mĺtos q̃ ſine penitẽtia deceſſerãt
in mortali. ab ipſis diaboli faucibꝫ potẽter eripuit. ꝛ vt poſſent agere penitẽtiã ad
vitã reduxit. Ita nãqꝫ ingenioſa eſt et ſubtilis ad ſaluatõeꝫ peccatoꝝ. ſicut diabo
lus ingenioſus ẽ et ſubtil ad dãnatõeꝫ eoꝝ. Qua aũt iuſticia vĺ q̃ iure ipſa ſaluet
dãnabiles. et ſine penitẽtia defunctos i mortali. q̃s ſufficiat enarrare. Cõſtat autẽ
ꝙ et ita facit. et ꝙ ſalua iuſticia facit. Et ad huiꝰ rei euidẽtiã dicit ipſa fons ſigna
tus Canti. iiij. Nã ſic exuberãs ẽ iſte fons miſicoꝛdie. ꝙ ſꝑ fluũt miſatiões eius.
integro tamẽ ꝛ illibato ſigillo iuſticie. qꝛ ſic ingenioſe ſcit facere miſicoꝛdiã ꝙ nõ
frangit iuſticiã.
Item De ipſa ſicut de filio põt dici ipſi filio illud pſ. Oĩa ſubieciſti ſub pedibꝫ eiꝰ. D
oues .i. ſimplices. et boues. in q̃bꝫ q̃tuor. libro. v. ti. xxiij. de pecudibꝫ. vniuerſas. h
feminino ꝓpter fecunditatẽ. inſup. h dicit ad notãdũ diuerſitatẽ bonoꝝ ꝛ maloꝝ.

lpecora campi.]Item curioſos vagātes p cāpos licētie.vbi ſ abel occidit.[volucres ce/
li ſupbos.[piſces maris.lapidos.[q̄ pambulāt ſemitas maris.]In his trib⁹ elemē
tis habitāt demones.ſed nō in igne elemento.q2 nō in lucido.

Itē Ratōe potētie dicit̄ q̄ luna.]i.antonomaſtice ille ſtultus diabol⁹ ſcꝫ.q̄ vt luna C
mutatus ē.Eccī.xxvij.a claritate in obſcuritatē.[ſub pedib⁹ ei⁹.]i.ei plenarie ſub/
iectus. Apoc.xij.et hoc p virtutē hūilitatis. Vn̄ in pſ.[Deſcēdit.]i.ineffabiliter ſe
hūiliauit.[et caligo.]i.diabol⁹ q̄ dicit̄ caligo formaliter.q2 caret luce.⁊ effectiue.q2
efficit caliginē peccati.[ſub pedib⁹ eius.]q̄ ſunt hūilitas et virginitas. q̄b⁹ ꝯtriuit
caput ſerpentis antiq̄.ſ.ſupbiam ꝯcupiſcentiā.

De ſapientia marie Titulus .xxxi.

D E ſapiētia marie facillime veritas ꝯprobatur.ſi quomodo locuta ē cū ange A
lo attendat̄.Quis eni in iuuene puellula nō miret̄ tantā ſmōis ꝯſtantiā. in
terrogatōis prudentiā.fidei facilitatē. Nimirū q2 datū eſt cordi ei⁹ lumē in
telligētie.Dedit eni ei q̄ ſe viuiuit ei.et ſentire fideliter. et pferre vtiliter. ⁊ efficacie
adimplere. Et hic eſt funicul⁹ triplex qui difficile rumpit̄. q̄ videlicꝫ aias nr̄as ad
exemplū marie de lacu fecis et miſerie extrahat.et poſt eā ad regna celeſtia trahat.i.
ſi recte ſentiam⁹.ſi digne ploq̄mur.ſi viuēdo ꝯfirmem⁹.

Ad ſapiētiā aūt illi⁹ ptinet qd̄ de ea dicit̄ Luce.ij. Maria aūt ꝯſuabat oīa verba hec B
ꝯferēs in corde ſuo. In hac aūt autoritate ꝯmendat̄ maria a trib⁹. A pfecta mēo/
ria ꝯtra obliuionē. Vn̄ dicit̄.[Cōſeruabat oīa verba hec.]Et pp ter hāc ꝯſeruatō
nē ꝯparat̄.[venter ei⁹.]i.memoria.[aceruo tritici.]Canti.vij .Triticū q̄ paſcuntur
aues et boies.verbū dei eſt. Aceru⁹ tritici.magna ꝯgeries ꝟborū dei. Ideo dicit̄.
[Cōſeruabat oīa verba hec ⁊c̄.]Idcirco ſepe rogāda eſt a nobis.vt nob̄ miſicor/
diter ſcripturaꝝ myſteria reuelare dignet̄. Et nota q̄ dicit.[verba hec.]i. ꝟba euan
gelica.nō mūdana. Itē Per h̄ q̄ apponit pnomē demōſtratiuū dicens.[ꝟba hec.]
oſtendit q̄ ꝟba dei debem⁹ ſollicite ꝯſeruare i ſecreto cordis noſtri.iuxta illō. In
corde meo abſcōdi eloq̄a tua vt nō peccem tibi. Cōmēdat̄ etiā a collatōe ſollicita
ꝯtrā negligentiā. Vn̄ dicit.[ꝯferēs.]Cōmendat̄ ⁊ a ꝯſignatōe ꝯ̄ iactantiā. Vn̄.[in
corde ſuo.]Per h̄ etiā q̄ dicit.[ꝟba .]intelligūt̄ etiā facta.ſicut dr̄ Iſa.xxxix.[Non
fuit ꝟbū.]i.res digna verbo.[qd̄ nō oſtēderet ezechias nūcijs regis babilōis.]In
hoc etiā q̄ dicit.[ꝯſeruabat oīa verba hec.]oſtendit̄ q̄ ipa erat liber generatōis ie/
ſu chriſti. In hac etiā autoritate magna notat̄ marie diſcretio. Vn̄ ibi dic̄ glo.am
Ambro. broſij. Maria nō min⁹ ore q̄̄ corpe pudica.ſecreta q̄ nouerat nulli diuulgat.ſꝫ ta/
cito corde ſcrutās ꝯgruū tpus quo de⁹ hec velit diuulgari reuerēter expectat. iu/
xta illud Eccles.iij. Tpus tacēdi .et tpus loq̄ndi. Eccī.xx. Hō ſapiens tacebit vſ
q̄ ad tpus.laſciuus aūt et imprudēs nō ſeruabit tpus. Iacobi.i. Sit oīs hō ve/
lox ad audiendū.tardus autē ad loquendū.

[Conferēs in corde ſuo.]nō ſolū ꝟba.ſed et facta illa q̄ circa ſe viderat impleta. cū his C
que in pphetis legerat implēda. Dixerat eni ei angel⁹. Ecce ꝯcipies i vtero. Pre/
dixerat Iſa.vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet. Nouerat ſe de ſtirpe dauid ortam. Predixerat
Iſa.xi.[Egredietur virga de radice ieſſe.]patris dauid. Et in pſ. De fructu vētris
tui ponā ſup ſedē tuā. Nouerat ſe ꝯcepiſſe in nazareth de ſpūſctō. Legerat Iſa.xi.
de filio incarnādo.ſm aliā lr̄am. Nazareus vocabit̄. Nouerat ſe pepiſſe in bethleē
Legerat Michee.v. Et tu bethleem ⁊c̄.ex te exiet dux. Compat ḡ ꝟba ,pphetarū
factis.et in oīb⁹ habꝫ argumētū fidei. Si ḡ maria humiliter diſcit a paſtorib⁹.de/
bem⁹ et nos hūiliter diſcere a ſacerdotib⁹ Eccī.vi. In mltitudie pſbyteroꝝ prudē
tiū ſta.et ſapientie eoꝝ ex corde ꝯiūgere.vt omnē narratōem dei poſſis audire. Et
ſi ipa tacet ante pceptū aplī.debem⁹ nos poſt pceptū ei⁹ malle doceri q̄̄ docere.

Itē Luc.ij.in fine itex̄ dicit.[Et mater ei⁹.]i.chriſti.[ꝯſuabat.]q̄ſi ſub ſignaclō.dicit D
glo.[Oīa ꝟba hec ⁊c̄.]Oīa q̄ de dn̄o vel a dn̄o dicta vel facta cognouit.ſiue q̄ in/
tellexit.ſiue q̄ nōdū intelligere potuit.oīa memorie ꝯmēdauit.vt cū tēp⁹ pdicāde
vel ſcribēde incarnatōis ei⁹ adueniret.ſufficiēter oīa put eſſent geſta poſſet expli/
care q̄rentib⁹.et ideo ſcriptores euāgelij multa dictaſſe credit̄ eoꝝ q̄ ſcribebāt. Sic nos



tenebra factorū dn̄i et dictorū meditatōe importunos cogitat⁹ repellam⁹.et alios
inſtruere laborem⁹. Itē. Mater ei⁹ ꝯſuabat oīa ꝟba hec i corde ſuo.]i.in archa
mēorie reponebat. Quia ſic̄ dr̄ puer.xxv. Gl'ia dn̄i ē celare ꝟbū. Et thob.xij. Sa
cramētū regis abſcōdere bonū ē.[Oīa.]nō ſolū ꝟba ſed etiā facta. Verbū eni inter
dū ponit̄ p re. Vide ḡ ne reſtrīgas demōſtratōez tantū ad ꝟba q̄ hic dic̄. ſꝫ ad oīa
facta et dicta q̄cūq̄ in euāgelica hiſtoria ꝯtinent̄. ſciēs q̄ aliq̄n ſcriberet̄.⁊ ſcptō/
res ad eā recurrerēt. Ideo dicit ipa Can̄.v.[Tulerūt mihi palliū meū.]i.a me re
pierūt reſeratōez ſecretoꝝ filij mei.q̄ pus regebā q̄ſi ſub nubilo et velamie ſilētij.
⁊ erāt occultata apd̄ me.[cuſtodes muroꝝ.]i.aplī. Muri muniētes hierlm .i.ec/
cleſiā ſunt plati. cuſtodes hoꝝ muroꝝ maiores plati q̄ minores cuſtodiūt. quales
fuerunt apoſtoli.

Itē Ratōe ſapie ꝯpat̄ maria auro.Ii.x.ti.ij.de throno. Nō eni decebat vt vas cele E
ſtis ſapiētie expers eſſet a ſapia. Vn̄ et ipa oſtēdit ſcripturaꝝ noticiā et eoꝝ q̄ ad
ſctōs patres dixerat dn̄s ſe habere.in cātico ſuo dicēs. Sicut locut⁹ eſt ad prēs
nr̄os abrahā et ſemini ei⁹ ⁊c̄.[Sapiētiā eni oim antiq̄ꝝ exq̄ſiuit.]i.ex corde q̄ſi/
uit.[et in pphetis vacauit. Narratōez viroꝝ noiatoꝝ ꝯſuauit.⁊ in ꝟſutias pabo
laꝝ ſil' introiuit. Occlta puerbioꝝ exq̄ſiuit.et in abſcōditꝭ pabolaꝝ ꝯuerſata eſt.]
Eccī.xxxix. Sic expone. Dicit ḡ.[Sapientiā antiq̄ꝝ oim.]i.doctrinā prīarcha/
rū ⁊ pphetaꝝ. Vel.[Sapiam oim an .]i.ſaporē et cognitōez celeſtiū quā antiqui
habuerūt.[exq̄ſiuit.]i.extra alia q̄ſiuit.[⁊ in pphetis.]i. pphetice intelligētije.[va/
cauit.]alijs curis ꝯteptis.[Narratōem.]i.doctrinā.[viroꝝ noiatoꝝ.]i.aplorū ⁊ e/
uāgeliſtarū.q̄ꝝ nomia ſūt i libro vite Luc.x.[ꝯſuauit.]Vn̄ luc.ij. Maria ꝯſua/
bat ⁊c̄.vt ſup.[Narratōez.]ſcꝫ quā narraturi erāt aplī. Vel viri noiati prīarche et
pphete. Vel illi btī paſtores q̄b⁹ ab angel' nūciat⁹ ē part⁹ ei⁹. Et ille felix ſymeō
q̄ ſuſcipiēs filiū ei⁹ oblatū i tēplo narrauit ei pphetica certitudie plīma de futurꝭ.
Lu.ij.[Et i ꝟſutias pabolaꝝ.]i.i obſcuras et occltas ſubtilitates.[ſimul intro/
iuit.]diligēter pſcrutādo pforata ſupficie lr̄ali vl' figurali.[Occulta puerbiorū.]i.
ſenſum myſticū ⁊ moralē.[exq̄ſiuit.]i.ex toto corde q̄ſiuit.[Et in abſcōditꝭ.]i.i oc
cultis allegorijs figuratiuaꝝ locutōnū intelligendis.[ꝯuerſata ē.]ſtudēdo ⁊ medi
tādo. Si eni hec oīa ꝟe dicunt̄ de q̄libet vero ſapiēte.mlto veri⁹ dici poſſunt et
debēt de mr̄e ſapiētie icarnate. Propter h̄ igit̄ de noticia ſcripturaꝝ ꝯmēdat ma/
trē fili⁹. Can̄.iiij.dicēs. Dētes tui ſic̄ greges tōſaꝝ.q̄ aſcēderūt ꝺ lauacro.[Gre/
ges tonſaꝝ.]ſūt illi q̄ poſſeſſionū onera tanq̄ vellera deponentes oīa reliq̄runt p
chriſto . Qui q̄nto pl⁹ ſe abſtraxerūt de mūdo.tāto liberiori aīo ſacras ſcripturas
intelligere potuerūt. Quib⁹ q̄cq̄ nō fecerūt obicē pctōꝝ tenebre. Nā lacrimiſ peni
tētie ⁊ deuotōis freq̄nter abluti aſcēderūt de virtute in ꝟtutē.vt viderēt deū deoꝝ
in ſyon.qd̄ interptat̄ ſpeculū.ſ.vt mūdi cordis oclo deū ꝯſpicerēt i ſpeclo ſcptu/
rarū. His igit̄ oib⁹ q̄ q̄ſi grex dn̄i in paſcuis ſacre ſcripture rumiarūt aſſimilant̄
dentes ꝟginis.i.ſenſus et ſtudioſitas.q̄bus ipa decerpſit attriuit maſticauit ru/
minauit ⁊ incorpauit aīe ſue velut herbas virētes ſacre ſcripture ſentētias.

Itē Ipa fuit et eſt mlier ſenſata et tacita. Eccī.xxvi. Sēſata eni fuit q̄rēdo quō fie/ F
ret qd̄ ei pmittebat̄ vbi dixit. Quō fiet illō ⁊c̄. Senſatior ꝯſentiēdo vt fieret. qn̄
dixit. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. Sēſatiſſima.deū laudādo ⁊ ma/
gnificādo de ſuſcepto bn̄ficio dicēs. Magnificat ⁊c̄. Vn̄ ꝟe potuit dicere illō ſa
lomōis Eccles.i.[Preceſſi ſapia oēs q̄ fuerūt an̄ me.⁊ aīa mea ꝯtēplata ē mlta ſa
piēter.]Qd̄ fuit.qn̄ cogitabat q̄lis eſſꝫ angelica ſalutatio.[⁊ didici.]Qd̄ fuit.qn̄
ꝯferebat oīa q̄ dicebant̄ i corde ſuo.et hec eſt ꝯſuetudo ſapiētis.

Itē Rōe ſapie deſigta ē maria p illā mlierē ſapiētē.q̄ ciuitatē abelā liberauit ſapia ſua G
Deſigt̄ etiā p abygail.i. Regū.xxv.q̄ erat mlier prudētiſſima ⁊ ſpecioſa .cui⁹ ſapi
entia et ſubtilitate ꝟboꝝ.nabal ſtult⁹ ad tpus a morte libat⁹ ē. Et marie ſapia ⁊
ſubtilitate oronū mūd⁹ infatuat⁹. Itē Eccī.xxxix. Collaudabūt mlti ſapiaꝫ ei⁹.
⁊ vſq̄ in ſeculū nō delebit̄. Ibidē. Sapiam ei⁹ enarrabūt gētes.⁊ laudē ei⁹ nūci
abit eccl'ia. Et notādū q̄ nō ſolū ſapiēs ē. imo etiā ſapie dei magiſtra .quā docet.

verbis ꝯ oꝛōibꝰ ꝛ exemplis. Vñ de ea dicitur Sap. viij. Doctrix eſt diſcipline dei ꝛc.
Ideo dicit ipſa Eccl. xxiiij. Adhuc doctrinā q̄ſi ꝓphetiā effundā ꝛc. Quere expo
ſitionē li. ij. particula .i. cauſa. xxvij.
Itē de ea ſpecialiter dicitur puer. xi. [Os ſuū aperuit ſapiē. ꝛ lex clemētie i lingua eiꝰ]. Os D
ſuū aperuit [os ſcilicet intellectꝰ] ſapiē [hauriēde ꝑ ſtudiū]. Vñ. Aperi os tuū ꝛ im
plebo illō. Vel [os affectꝰ] ſapiē [attrahēde ꝑ deſideriū]. Vñ ps. [Os meū aperui
ꝛ attraxi ſpm̄] .i. ſpūalē intelligētiā. Vel [os coꝛpis] ſapiē [q̄ ꝯgnoſcūt diuīa de
clarāde. Vñ de ea ꝑt intelligi illud Eccl. xv. [In medio eccl'ie] [ꝑmitutine] [aperuit os
eius] q̄ ſcz facta ē aploꝝ magiſtra. Sapiē inq̄m docende. nō ſtulticie vl' vanitati
aut ſcurrilitati. Vel etiā ſapiētie q̄ eſt filiꝰ dei attrahēde. qñ ꝟginitatē vouit ꝛ ſe tā
tū hūiliauit. q2 due iſte virtutes in ea ꝑncipaliter placuerūt altiſſimo. Eua ei ape
ruit os ſuū inſipiētie. cū dubitādo reſpōdit ſerpēti. ne foꝛte moꝛiamur. Gen. iij.
Maria ſapiē. cū credēdo dixit Luc. i. Fiat mihi ꝛc. [Et lex clemētie] .i. euāgeliū q̄
docet clemētiā. vbi chriſtꝰ dicit Mat. ix. Nō veni vocare iuſtos ſꝫ peccatoꝛes. Lex
enī antiq̄ ſeueritatis erat. que docebat reddi oculū ꝓ oculo. dentē ꝓ dente. Sed lex
euāgelij clemētie ē. Quia peccatā remittit. Quia reos abſoluit vt adulterā. Joh. viij.
Quia dānatos in ꝑadiſū reducit. [In lingua eiꝰ] q2 hec oīa nobꝭ ꝓcurat oꝛādo.
Itē Ratōe ſapiē dicitur in fine. xxiiij. eccl. de illo rege nato de dauid [Qui adimplet quaſi I
phiſon ſapiā3. Qui] .ſ. rex [adimplet] .i. ꝑfectē iplet [ſapiā3] .i. btā3 ꝟginē. q̄ ſapiā
dicitur emphatice. q2 ſapiēs ſuꝑ oēs. vl' q2 mr̄ ſapiē .i. chriſti. ꝛ vniuoca d3 eē generatō
Et paulo poſt. [Qui adimplet q̄ſi eufrates ſenſū eiꝰ] Impleuit ei eū q̄ntū ad cogni
tōe3 ſcripturarū. Qui enī aperuit aplis ſenſū vt itelligerēt ſcripturas Luc. vlti. multo
foꝛtiꝰ matrē impleuit ſpū ſapiē et intellectꝰ. ſupueniēte in eā ſpūſctō Lu. i. imo de
ſcēdente in eā ſapiētia. i. filio dei. q̄ ſciāꝝ dñs ē. et q̄ ꝑus q̄ȝ alijs ciuitatibꝰ nouem
mēſibꝰ euāgelizauit coꝛdi eiꝰ. et icerta et occulta ſapiē ſue manifeſtauit ei. Nec ſo
lū nouē mēſibꝰ. imo et toto tp̄e q̄ iuuenis habitauit cū virgine. Iſa. lxij. i. filiꝰ cū
Anſelmꝰ — matre. Btūs anſelmꝰ. Quid de deo nō ſapiebat in q̄ ſapiā dei latebat. ꝛ de cuius
vtero coꝛpꝰ ſibi aptabat. Impleuit ḡ rex ille ſenſū virginis [q̄ſi eufrates] .i. abūdā
ter. ſicut magna fit abūdātia vbi abūdat eufrates. Libro. i. ca. liij. titulo gr̄a plena
multa inuenies de huiuſmodi.
Itē Ratōe ſapiētie appellat ipſa agnitio ꝟitatis. Eccl. xxiiij. Agnitio ꝟitatis empha K
tice. ſ. ꝑcipue cognoſcēs. et effectiue. ſ. cognoſcere faciēs veritatē. vt ꝯgnita q̄ratur.
q̄ſita inueniat. inuēta accipiat. q2 q̄ querit inuenit. Mat. vij. Ipa enī fecit vt i ce
lis [i. eccleſijs] [oꝛiret lumē] [ꝟitatis] [indeficiēs] ſic dicitur ſuꝑ eodē caplo. et ſicambu
larēt gentes i lumine eiꝰ Iſa. lx. et ꝓpter hoc ipſa ab omībꝰ honoꝛat. Vñ et dicit
ei Judith. xv. Tu glīa hieruſalē ꝛc.
Item Ratōe ſapiē dicit ipſa de ſe Eccl. xxiiij. [Profundū abyſſi penetraui] .i. ꝓfun L
ditatē ſcripture. de q̄ Gene. i. [Tenebre erāt ſuꝑ faciē abyſſi] .i. in coꝛtice lr̄e [quia
tenebroſa aq̄ in nubibus aeris] non in fundo myſterioꝝ vbi lux eſt ꝓxima. vbi
ipſa ſuꝑ omnes ꝓfundius vidit.
Item Ratōe ſapiētie cōparat ipſa fauo. qui eſt pabulū lumīs. vas dulcedinis. in va
rijs cellulis littere ſeu intelligētie celeſtis ſapiētie ꝯtinens dulcedinē.
Itē [In lege dñi fuit volūtas eiꝰ] q2 voluit et impleuit q̄cq̄d ꝑcipiebat in lege dñi.
volebat aūt ſꝫ reſpuebat q̄cq̄d ꝓhibebat in ea. [Et in lege dñi meditabat] ſicut aīal
ruminās Leui. xi. Vñ lu. ij. Cōferēs i coꝛde ſuo [die ac nocte] .i. i māifeſtis ꝛ ob
Itē Ipa poſt filij aſcēſionē facta ē magiſtra aploꝝ et ꝑdicatoꝝ euāge — ſcuris. M
licoꝝ. Et tūc impleta ē ꝓphetia illa Michee. iiij. [De ſyon exibit lex] noua. ſ. [Et
ꝟbū dñi in hieruſalē] .i. de beata virgine ꝑ ſyon et hieruſalē deſignata.
Item Quia filiꝰ ei reuelauerat incerta et occulta ſapiētie ſue. ideo dicit ipſa Cantic.
.i. [Introduxit me rex] .i. chriſtꝰ [in cellaria ſua] .i. manifeſtauit mihi ſecreta ſcri
pturaꝝ ſctāꝝ. q̄ dicit cellaria. q2 ibi ē panis foꝛtiū. lac pueroꝝ. vinū deuotoꝝ. ꝛ oīa
neceſſaria aīe. ſicut i cellario neceſſaria coꝛpi. Bñ aūt dicit q̄ itroduxit eā rex. i. in
tus duxit. ſ. vſq3 ad medullā ſenſus ſpūal'. Vñ ipſa dic. Profūdū abyſſi penetraui



vt ſup. Dicunt cellaria q̄ſi celātes latē ad reponēdas diuitias. vl' q̄ſi cellaꝝ late
bꝰ q̄ multas cellas ꝯtinēt ad diuerſa victualia ꝯfuāda. Vel etiā ꝓfūdū abyſſi tūc
ipſa penetrauit i filio ad lr̄a3. qñ filiū ſuū miſit ad limbū liberare ibi detētos. Tūc
etiā penetrat ꝓfundū abyſſi. qñ gr̄e ſue illuſtratōe viſitat coꝛ peccatoꝛis ꝓfundū ꝛ in
ſcrutabile. Hiere. xvij. Itē Job. xxviij. [Profunda q̄q3 fluuioꝝ] .i. ſacroꝝ libꝛo
rū. i. q̄tuoꝛ euāgelioꝝ. q̄ ſunt q̄tuoꝛ flumia ꝑadiſi [ſcrutat] [ꝟbū ꝟgo] .i. facit ſcruta
ri. De q̄bus dicit Eccl. xxiiij. Ego ſapiētia effudi flumia [Et abſcōdita] ſub vela
mine lr̄e [ꝓduxit in lucē] ſpūalis intelligētie.
Tam Et ꝟbis marie facile ꝑpēdi ꝑt eiꝰ ſcītas. eiꝰ charitas. eiꝰ ſapiētia. Non N
eī niſi ſeptē ꝟba tm̄ locuta legit in euāgelio. Et hec ſeptē ꝟba ad ſeptē dona ſpi
ritusſcti q̄ eā repleuerat referēda ſūt. Locuta ē aūt bis cū angelo. bis cū eliza
beth. bis cū filio. ſemel cū miniſtris. nec etia3 cū viro ſuo ſemel locuta legit. Innuit
aūt in h̄ q̄ religioſa ꝑſona ꝛ maxime mlier. monial'. et puella. rariſſime debet loq̄.
Et tūc cū deo in oꝛōe et lectōe. aut cū angelo. i. ſacerdote angelice ꝯuerſatōis ꝛ ho
neſte in cōfeſſiōe. aut cū elizabeth vetula. i. cū matura ꝛ ſctā mliere i mutua ſꝫ rara
ꝯſolatōe. aut cū miniſtris ꝛ h̄ corā oībꝰ. nō in angulo i neceſſarioꝝ poſtulatōe. Et no O
ta q̄ q̄cq̄d locuta ē. aut ad ſui hūiliatōem. vel ad dei laudē. vel ad ꝓximoꝝ edifica
tōem referebat. Ideo de ipſa ꝯgrue dici ꝑt illō Eccl. xliij. In ſmōe eiꝰ ꝯpoſita ſūt
oīa. i. Pe. iiij. Si q̄s loq̄t q̄ſi ſermōes dei. Col. iiij. Sermo veſter ſꝑ in gr̄a ſit ſa
le ꝯditus. Eph. iiij. Oīs ſermo malꝰ ex oꝛe vr̄o nō ꝓcedat. ſꝫ ſi q̄s bonꝰ ē ad edi
ficatōem vt det gr̄am audiētibꝰ. Eccl. xxi. Verba iuſtoꝝ ſtatera pōderabūt. Ideo
ꝟe potuit ipſa dicere ꝓuerb. viij. Juſti ſunt oēs ſmōes mei. nō eſt i eis ꝑuū quid
neq3 ꝑuerſum. Ideo etiā inuitat nos ad cuſtodiā ligue nr̄e et imitatōe3 ꝟboꝛu3
ſuoꝝ Sap. vi. dicēs cū ſapia [Cōcupiſcite ſmōes meos. et diligite illos. et habe
bitis diſciplinā] Sic expone hāc autoꝛitatē. Cōcupiſcite [i. cū omni ꝯcupia audi
te ꝛ inueſtigate] ſmōes meos [q̄ monēt ſeriē et oꝛdiatōe3 vite chriſtiane. q2 ſmo dicitur
q̄ſi ſeriē monēs. [ꝛ diligite illos] .i. exhibitōe opeꝝ diligere vos oſtēdite. q2 ꝓba
Grego. — tio dilectōis exhibitio opis. ſicut dicit gregoꝛiꝰ. [ꝛ habebitis diſciplinā] .i. oꝛdīata3
moꝝ coꝛreptōe3. Quaſi dicat. Si dilexeritis ſmōes meos q̄ ſunt ſermōes ſapien
tie. habebitis diſciplinā ꝛ ſuabitis eā. Ideo poſſumꝰ dicere marie ſic hieremias. xv.
dicit dño. Inuēti ſunt ſmōes tui ꝛ ꝯmedi eos. et factū ē ꝟbū tuū mihi i gaudiū
ꝛ leticiā coꝛdis mei. Duo dicit. gaudiū et leticiā. q2 ex obſuatōe et dilectōe ꝟboꝛū
eius ſequunt liberatio pene et collatio glīe.
Itē De ꝟbis ipſiꝰ dicitur ꝓuerb. xvi. Fauus mellis ꝟba ꝯpoſita. Septē enī ꝟba eiꝰ que P
habent in euāgelio ꝯpoſuit celeſtis artifex. i. ſpūſſctus q̄ eā repleuerat. et iō ſicut ſunt
ſeptē dona ſpūſſcti. ſic et ſeptē ꝟba eiꝰ in euāgelio ꝯtinēt. Que dicunt fauꝰ mell.
q2 ſicut in fauo eſt cera lumīs inſtrumētū. et dulcedo mellis reficiēs guſtū. ſic i ꝟ
bis eiꝰ et ſacre ſcripture ſciētia ē veritatis illuminās intellectū. ꝛ oīmoda bonitas
reficiēs affectū. Medicinalia etiā ſunt ꝛ ꝯſuatiua moꝛe mellis. q2 ſanāt langoꝛes
aīe. et ꝓſeruāt a peccō. De ꝑmo dicit Sap. xvi. Neq3 herba neq3 malagma ꝛc. De
ſcōo. In coꝛde meo abſcōdi eloquiū tuū vt nō peccem tibi.
Sed iā videamꝰ de ꝟbis ipſiꝰ. et ꝑmū de ꝑmo verbo. Ait itaq3 euāgeliſta [Dixit au Q
tē maria ad angelū. Quō fiet iſtud] Nota q̄ btā virgo ante h̄ verbū nullū aliō lo
cuta legit in euāgelio. nec etiā ſtatim ad ꝑmū angeli verbū rn̄dit. donec bis ange
lus ipſam ſuis3 allocutꝰ. et ipſa bene ꝑmeditata. iuxta illō Eccl. xxxij. Audi tacēs ſi
mul et q̄re. Audire fidei ē. q2 fides ex auditu. Ro. x. Tacere ſpei. Quia Iſa. xxx.
dicitur In ſilētio ꝛ i ſpē erit foꝛtitudo vr̄a. Querere charitatis. Quia garrula res amoꝛ
eſt. Ipa vero audiuit tacuit et q̄ſiuit. Hic ē oꝛdo. Timoꝛ etiā filial' et caſtꝰ fecit ip
ſam inq̄rere bn̄placitū dei Eccl. ij. Qui timēt dñm inq̄rēt q̄ bn̄placita ſūt ei. ꝛ qui
diligūt illū replebūt lege ipſiꝰ. Ipa aūtē fuit mlier timēs deū. et eiꝰ dilectio foꝛtis
Cācellarius ph'ipꝰ — vt moꝛs Cant. viij. Quē inuite ꝑuenīret virū vt iret ad eū loq̄. q̄ angelo vēiēti ad ſe ꝛ
ſalutāti. ꝛ bona ꝓmittēti. ꝛ iō bis allocuto eā. vix ad extremū loq̄ vnū verbū. Et in h̄
q̄rēs ꝛ taciturnitas bonis mlierībꝰ ꝓponit emulāda. Erubeſcat ſalomonica mlier

garrula et vaga. q̄etis impatiēs. et ī domo nō valēs cōsistere pedib⁹ suis. Prouer. vij. Igit͛ qꝛ prudēs erat vir
go nō solū q̄d loq̄ret͛. ſ; etiā cui. et q̄d deceret eā loq̄ cōsiderauit. Iō bñ dr̄. [Dixit
aūt maria ad angelū.] nō illa vel illi. Quasi diceret. Ut maria ꝛ vt ad angelū locu
ta ē. Decebat eni virginē et talē virginē breuiter et tacite loq̄. et ꝑpositā ꝯtinētia;
p̄stari. maxime vbi ei⁹ ꝑiculū imminere videbat͛. ꝛ vt ad angelū quē interroga
ri breuiter q̄si sapiētē oportebat. Eccl̄i. vi. [Si videris sensatū euigila ad illū.] audiē
dū in scolis et imitādū in factis. Quō fiet istō ꝛc̄. Eccl̄i. xix. dr̄. Qui credit cito le R
uis ē corde. ꝛ minorabit͛. Eua leuis fuit corde. qꝛ cito credidit. ꝛ nec ꝟbū nec lo
q̄ntē discutiēs facile ꝯsensit. Duplici q̄ppe funiculo trahebat͛. qꝛ ꝓmittebat͛ subli
mitas. suadebat͛ voluptas. ad q̄ duo hoīes facile inclinant͛. Sꝫ maria neutꝝ volu
it. qꝛ hūil͛ ꝛ ꝟgo fuit. Sꝫ vtilitatē nō solū ꝓpriam ſꝫ ꝯmunē desiderās. prudēter q̄si
uit. [Quō fiet istud] qō tu dicis vt ꝟgo ꝯcipiā ꝛ pariā filiū. [qm̄ virū nō ꝯgnosco.] In
terlinearis. Ecce tāgit se vouisse castitatē. [Nō cognosco] .i. me nō cogniturā ꝓposui.
ꝛ i ꝓposito ꝑseuero. Uel. non cognosco .i. i. votū habeo nō cognoscere. Felix nāq;
ꝓpositū istō. in q̄ firmitas ꝯiūcit puritati. Nā q̄ntūlibꝫ pura fuerit delibatio. min⁹
habꝫ si defuerit fortitudo et ꝯsilij firmitas. Ubi aūt nō ē puritas. nō ꝟt⁹ obtinet
grām. ſꝫ obstinatōis incurrit offensā. Quia ꝟo ipa vtrūq; habuit. i. ꝓpositi puri
tatē. ꝛ ꝯsilij firmitatē. dr̄ de ea puer. i. fine. [Fortitudo ꝛ decor indumētū ei⁹. De
cor. ] in ꝓposito ꝯtinētie. [Fortitudo] in ꝯsilij firmitate.
Cōmendant͛ aūt sepe ꝟba illa a spūsc̄ti dictamie. Uñ ipa videt͛ dicere cū ps. [Lin S
gua mea calam⁹ scribe velociter scribētis.] Scriba iste spirit⁹ ē. Quasi diceret. ꝟgo
Dō loq̄r a meipa nō loq̄r. sed a spūsc̄tō. Nam sicut manus scribe mouet calamū.
sic spūsc̄tūs linguā meā. ij. Regū. xxiij. Spūs dñi locutus ē ꝑ me. et sermo ei⁹ per
linguā meā. Mat. x. Nō eni vos estis q̄ loq̄mi. ſꝫ spūs patris vr̄i ꝛc̄. Multo ḡ foꝛ
ti⁹ loq̄bat͛ spūsc̄tūs ꝑ eā quā repleuerat vsq;q̄q;. Sicut eni calam⁹ nō scribit qō
vult. ſꝫ qō scribēs vult. sic et ipa ea ꝟba ꝓferebat. q̄ spūsc̄tūs i corde ei⁹ scribebat
ꝛ ei dictabat. Seq̄t͛. [Uelociter scribētis.] qꝛ spūsc̄tūs cui⁹ grā nescit tarda rerū;
molimia. cito ꝛ subito docebat eā respōdere et loqui. Et bene dicit͛ lingua marie T
calamus scribe. id ē spūssancti.

Hiero.

Primo. Quia calamus hic creuerat in aquis gratie ꝛ doctrine. Unde vox ei⁹ ē fm
hieronymū. Sup aquā refectōis educauit me.
Secūdo. Quia calam⁹ hic vacuus interi⁹ ꝑ hūilitatem.
Tercio. Quia plan⁹ exteri⁹ ꝛ sine scrupulis ꝑ honestissimā ꝯuersationē.
Quarto. Quia ꝯgruo tpe collect⁹ ad officiū suū. tpe. s. miserēdi qō incepit ab ortu il
Quinto. Quia acutus ꝑ subtilitatē. lius.
Sexto. Quia scissus ꝑ amotionē omnis sup̄flui. qꝛ nihil locuta est in euāgelio qō
nō faceret ad rem.
Septimo. Quia fissus ꝑ discretōem verborū.
Octauo. Quia plenus encausto gratie q̄ diffusa erat in labijs ipius.
Nono. Quia in manu dextera tenebat͛. nā verbis vita et opa ꝯcordabant. Uñ ꝛ di
ctum est ei. Uox enim tua dulcis.
Decimo. Quia a sinistro ad dexterā ducebat lineā. q̄cquid eni loquebat͛ ad hūiliati
onē sui. ad honorē dei. ad edificatōem p̄ximi. et sic ad eternitatē q̄ signat͛ ꝑ dexte
rā referebat omnia verba sua.
Seq̄tur. [velociter scribētis.] qꝛ q̄cito r̄ndit. ecce ancilla dñi fiat mihi. scripsit hic
calam⁹ ductu spūssc̄ti in hūana carne velut in scedula verbū carnē factū. q̄ videli
cet scedula sumpta est a scriba de ꝟginea carne ei⁹. Uelocī⁹ aūt scripsit ceteris mu
lieribꝫ vniuersis. quoꝝ fetus nō formant͛ nisi lōgo tpis interuallo.
De scriptura ista dicit͛ Apoc. xix. vbi agit͛ de filio dei et marie. [Habēs nomē scriptū; U
qō nemo nouit nisi ipe.] supple. et sui q̄bꝫ ipe reuelat. Uel. nouit. sed plenū. Nomē
qō ipa scripsit est emanuel. i. nobiscū de⁹. Uñ seq̄t͛. [Uocabat͛ nomē ei⁹ ꝟbū dei. ha
bens i vestimēto] .i. i hūanitate. [ꝛ i femore] .i. q̄ vis generatiua. B dicit͛ qꝛ spūalis
ꝓlē genuit patri. [scriptū] indelebiliter. s. qꝛ fm hūanitatē et ipe [rex regū ꝛ dñs dñi]



minantiū .i. dñs oīm dñoꝝ. Uñ dr̄. De⁹ deoꝝ dñs. Quia eni tātū hūiliauit se
fact⁹ obediēs vsq; ad mortē. datū est ei nomē qō est sup omne nomē. Scdꝫ hūa
nitatē eni mortuus ē ꝛ exaltatus. nō fm deitatē.
Rimū igit͛ ꝟbū marie fuit istō. [Quō fiet istō quoniā virū nō cognosco.] .i. nō X
ꝯgnoscere ꝓposui ꝛc̄. vt sup. Et B verbū dictauit ei spūs sapie. q̄ eā repleuerat. Fu
it etiā B ꝟbū fortitudīs et castitatis. Uñ. [quoniā virū nō ꝯgnosco.] Et i B ꝟbo docꝫ
ipa loq̄ ꝑncipaliter et p̄mo de inq̄rēda dei volūtate. sic ipa audito ꝟginitatis ꝑiclo
.i. qꝛ mater deberet fieri. diu p̄meditata nec modū repiens quō B possꝫ fieri saluo
ꝟginitatis ꝓposito. nō de re dubitās ſꝫ de mō. rupto ꝟecūdie freno q̄siuit. [Quō fiet
istō quoniā viꝝ nō cognosco.] Glosa. Liquet ḡ qꝛ faciēdū credit. q̄ quomodo fiet q̄
rit. Nō eni dubitat ꝟginem parituram. qꝛ legit͛ Isa. vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet. Sciebat
etiā qꝛ ipleri oportebat qō ab angelo audierat. ſꝫ quō fieret nō legerat. nec ab angelo
audierat quo ordie istō deberet impleri. ꝛ iō q̄siuit. Quia mysteriū a secul͛ abscōdi
tū. Col. i. A ꝓphetis nō ꝑdictū. angelo ē reſuatū. Iō dixit ad āgelū. Quō fiet istō
ꝛc̄. In B etiā ꝟbo denotat͛ ꝯstātia mētis ei⁹. qꝛ ꝯstāter r̄ndit. [virū nō cognosco.] Etiā
in B eue ꝯtraria q̄ dubitādo r̄ndit serpēti. Ne forte moriamur. Genes. iij. ꝛ ad pri
mū verbū diaboli titubauit.
Ecūdū verbū qn̄ intellecto qꝛ possꝫ ꝯcipe ꝛ parere manēs ꝟgo eū r̄ndit. Ecce Y
ancilla dñi fiat mihi fm ꝟbū tuū. Ecce verbū timoris q̄ collactane⁹ ē hūilitatis.
ꝛ in B ꝟbo notat͛ ꝓmpta obediētia. ꝓmpta deuotio. ꝓmpta fides. ꝓmpt⁹ ꝯsensus.
Uñ dicit. [Ecce] Notat͛ etiā hūilitas. Uñ. [ancilla] Religiosa discretio. Uñ [dñi]
nō carnis. nō mūdi. nō diaboli. Fides spes charitas. Uñ. [fiat mihi fm ꝟbū tuū]
q̄ dixisti dñs tecū. nō fm ꝑcē meā. q̄ nō auderē petere vt fierē mater dei. Nisi enim
credidisset ꝛ sperasset posse fieri ꝛ futurū esse qō ei ꝓmittebat͛. nō r̄ndissꝫ. [fiat mi
hi fm verbū tuū.] Dixerat aūt ei angel⁹. Dñs tecū. In q̄ notat͛ charitas. qꝛ q̄ ma
net i charitate de⁹ manet i eo. i. Joh. iiij. De fide dicit ei elizabeth. Btā q̄ credidi
sti. De spe dicit ipa. In verbo tuo sup̄speraui. Diffusa est eni grā i labijs ei⁹ talit͛
respōdendi. et ꝓpterea bñdixit eā dñs in eternū. In B etiam verbo notat͛ deuotio
orōis. qꝛ dicēs. [fiat mihi ꝛc̄.] cū magna deuotiōe ꝓmissum angeli optat impleri.
In B verbo istruimur hūiliādo nos corā dō ei⁹ graꝫ postulare. Uñ Judith. viij.
Indulgētiā illi⁹ fusis lacrimis postulem⁹. ꝛ hūiliem⁹ illi aīas nr̄as. Itē de B ver
bo qō r̄ndit. [ecce an. dñi fiat mihi] dicit͛ ipa. [Eructauit cor meū verbū bonū.] Eru
ctauit. [q̄si ex pleno.] qꝛ ex abūdātia cordis os loq̄t͛. Mat. xij. [Cor meū.] In B cō
mēdat verbū suū ab iteriori sapore q̄ ē vera cordis dilectio. [Uerbū bonū;] ꝑ qō
deo recōciliat⁹ ē mūd⁹. Siq̄dē i isto verbo [fiat mihi] firmā factū ē pactū recōcili
atōis hūane. ꝛ mrīmoniū diuīe ꝛ hūane nature. In B etiā verbo ꝯcepit filiū dei.
Precessit autē verbū hūilitatis gliam ꝯceptōis. qꝛ sicut dicit͛ puer. xv. Gliam ꝑce
dit hūilitas. Btūs ber̄. Hec est virgis nr̄e glīa singularis. et excellens ꝑrogatiua
marie. qꝛ filiū vnū eūdēq; cū deo p̄re meruit habere ꝯmunē.
Ertiū verbū. [qn̄ salutauit elizabeth] q̄si ꝯgtulās ei d̄ dono qō eā recepisse di Z
dicerat. In q̄ notat͛ beniuolētia. qꝛ salutare idē ē qꝛ aliq̄ salutē optare. Ecce ver
bū itellect⁹. Ad cui⁹ platōeꝫ itellexit elizabeth mariā dñm suū ꝯcepisse. Uñ dixit
Et vñ B mihi vt veiat mr̄ dñi mei ad me. Ad ei⁹ et salutatōeꝫ itellexit iohes dau
sus i vtero dñm suū clausū. ꝛ ꝑ modulo suo gauisus ē i occursū ei⁹. In B aūt ꝟbo
istruimur qꝛ ꝓxis dēm⁹ optare salutē. ꝛ cū ipis loq̄ d̄ sua salute. qō ē salutare. ꝛ de
bñficijs sibi a dō ipēsis eisdē ꝯgtulari. Et B faciūt q̄ christū spūaliter ꝯceperūt.
Uartū verbū qn̄ corā elizabeth dixit [Magnificat ꝛc̄.] Qn̄. s. magnificātē se AA
btā elizabeth. ipa magis dñm magnificare curauit. Qui eni vere hūil͛ ē. nō se
ab hoībꝫ sed deū laudari desiderat. sicut dicit aug⁹. Et ꝓpt͛ hoc dr̄ Eccl̄i. iij. qꝛ de
us ab hūilibꝫ honorat͛. Et B verbū fuit sapie. hūilitatis et gratiaꝝ actōnis. Et in
hoc verbo docemur deo grās agere de ꝑceptis eius beneficijs. et attribuere ei to
tum. qō est hūilitatis. et magnificare potētiā ei⁹. Uñ dixit. Quia fecit mihi mag
na q̄ po. ē. et san. no. ei⁹. Et nota qꝛ i cātico suo ꝑseqūs laudes domini aliq̄ntulum

Bern.

Aug⁹.



o 4

plixe locuta ē.cū vbiq; alibi breuiter locuta ſit.nec in aliq̄ ꝟbo effluxit niſi i laudi
bus ſaluatoris.ꝑ h̄ inuēs nob̄ i dei laudibꝰ ꝓlixe loq̄ndū. imo nūq̄ᷓ tacēdū. iuxta
illō Iſa.lxij.Qui reminiſcimi dn̄i ne taceatis.ꝛ ne detis ſilētiū ei.Et h̄ ꝯ eos q̄ i cho
ro aliis cātātibꝰ et pſallētibꝰ tacēt vt ſtatue.alios nullo mō linguā cohibere valētes.
Vinū ꝟbū Ioh.ij.[Fili vinū nō habēt.]Ecce ꝟbū pietatis.charitatis.ꝛ ꝯpaſ B B
ſiōis. Iſte etiā ſermo certiſſimꝰ index ingenite ſibi māſuetudīs.et ꝓgiatꝰ vere
cūdie fuit.Alioꝝ q̄ppe ꝑcidiā ſuā reputās.ſuſtiere nō potuit. nec diſſimulare vi
ni defectū.Vbi ſane increpata ē a filio.nec illi rn̄dit tāq̄ᷓ mitis ꝛ humilis corde.nec
tn̄ deſperauit.miniſtros admonēs facere q̄cq̄d diceret ill̄. Sup̄ ti.xxiij.ꝺ pietate et
ꝯpaſſiōe eiꝰ q̄re expoſitōem illiꝰ ꝟbi.vinū nō habēt. Et li.i.ca.v.titulo.dn̄s tecū.
circa fin̄e capituli. Dicere vol.vinū n̄ habēt.i.e defectū gr̄e.q̄n̄ mlti patiūtr deo per
orōēz nūciare.et eis vinū ꝯpūctōis deuotōis ꝛ gr̄e poſtulare.Et h̄ inueniꝰ beā v̄
go p̄ma ꝑ hoīe i euāgelio orōaſſe. In h̄ etiā docemur ab eo petere id q̄ idigemꝰ.
q̄ ē ſufficiētia oīs boni. Iaco.i.Qui indiget poſtulet a deo. Q, autē chriſtꝰ rn̄dit.
Quid mihi et tibi ē mlier.nō negabat matrē ſuā.ſed diſcernebat potētiā ſuā. quia
nō ex natura quā a ꝟgine acceꝑat.ſ; a potētia ſue diuinitatis habebat facere miracu Aug.
Beatus maximꝰ — la.ſicut dicit augꝰ.Et forte ſicut dicit bt̄us maximꝰ.q: mr̄ de defectu carnal̄ po
culi ſuggerebat filio.q̄ venerat totiꝰ orbis gētibꝰ nouū ſalutis eterne calicē ꝓpinare
Nō eni petebat mr̄ erat gr̄e tpal̄.ſ; qō chriſtꝰ ꝑabat gaudiū ſempiternū. Nec tn̄ pi
guit benigniſſimū dn̄m bū magna veniūt parua pſtare. Et iō mater eiꝰ ſciēs ob
iurgationē illā dn̄i filijq; ſui nō iraſcētis offenſam p̄cedere ſ; mirātis portare myſte
riū.et futura p̄noſcēs in ſpū tāq̄ᷓ mr̄ dei.et dn̄icā puidēt volūtatē.ſollicite miniſtros
admonuit dicēs.Q ia q̄cūq; dixerit vob̄ facite. Et dn̄s increpare mr̄is pudorē re
leuās.et iam ſuā apiens maieſtatē.expectātibꝰ ait miniſtris. Implete hydrias aq̄. In
h̄ etiā q ita dure reſpōdit matri docuit nos et maxime religioſos nō ita eſſe ſollicī
tos ſup ꝓpinquos carnis ſue.
Beatus maximꝰ — Itē de h̄ miraclo dicit bt̄us maximꝰ ꝯ q̄ſdā incredulos. Ille aq̄s mutauit in vinū
q̄ eas ab initio ꝯcreauit i niues.indurauit i glaciē.egiptijs ꝟtit in ſanguinē.ꝛ he
breis ſitiētibꝰ manare p̄cepit ꝺ rupe arida.q̄ mltitudinē innumerā populoꝝ ſtilli
cidijs noui fontis vice maternoꝝ vberꝝ nutriebāt.
Moraliter. Sicut ꝑ mariā īpetratū ē vinū in nuptijs.ſic ꝑ duplicē amaritudinē pe
nitētie q̄ ſignatꝰ in noīe maria q̄ dr̄ mare amaꝝ.vinū gr̄e et deuotōis ꝛ interioris cō
ſolatōis. Et adapta q̄ttuor vl̄ q̄nq; īterꝑtatōes alias.ſ.q illumīatrix.illuminata.
illuminās.dn̄a.ſtella maris.ꝟgo fecūda.nupta ioſeph.vidua.et huiuſmodi.
Extū ꝟbū qn̄ dicit miniſtris Ioh.ij.[Q̄ocūq; dixerit vob̄ facite.] Ecce ꝟbuꝫ C C
ꝯſilij.in q̄ docemur ad diuīe volūtatis impletōez alios q̄ntū poſſumꝰ inuitare.
Hoc eſt eni ꝯſiliū ſctōꝝ.ſic dicit glo.ibi.Deꝰ q̄ glificatꝰ in ꝯſilio ſctōꝝ ꝛc̄.
Septimū ꝟbū qn̄ dicit filio Lu.ij.[Fili q̄d feciſti nob̄ ſic.]vt.ſ.remanereſ no D D
bis igrātibꝰ[Ecce ego ꝛ pater tuꝰ]reputatiuꝰ[dolētes]de abſentia tua[q̄rebā
mꝰ te.]S; heu mlti hodie plꝰ dolēt ꝺ amiſſiōe denarij q̄ᷓ ꝺ amiſſiōe ieſu. Nō pa
tet ex eo.q ipm amiſſū ꝑ pctm̄ ꝑ dolorē penitētie nō req̄rūt. Ecce ꝟbū ſcie.q̄ ma
gis attribuit rebꝰ hūanis q̄ᷓ diuīs. In h̄ aūt ꝟbo īſtruimur delinq̄ntes filios cor
ripe.cū ipa corripuerit etiā nō delinq̄ntē.nec ꝯmēdare corā eis ſi q̄d fecerit boni.
ſic ipa nō legitꝰ filiū ꝯmēdaſſe ꝺ eo.qō erat i his q̄ p̄ris ſui erāt. Itē i h̄ q p̄miſit ſi
li.[noratꝰ correptio i māſuetudie. Notādū etiā q ipm ingnitū deū n̄ auderet corri
pe.ſ; ingnitū filiū ſuū. Et iō dixit[fili.]Premiſit etiā[fili q̄d feciſti nob̄ ſic.]ecce di
ſcretō.q: n̄ ſtatī icrepauit eū.ſ; cāz q̄ſiuit q̄re ſic feciſſꝫ. In h̄ etiā q dixit[ꝛ p̄r tuꝰ]
cū eū ꝺ ioſeph n̄ ꝯcepiſſꝫ ſ; ꝺ ſpūſctō.claudebat ipſis ſacramētū dn̄ice īcarnatōis
Quia ſi ipm ꝯgnouiſſēt n̄ eū crucifixiſſēt.i.Cho.ij.ꝛ ita n̄ eēmꝰ redēpti. Itē i h̄ q ma
ria dixit[dolētes q̄rebāꝰ te]docꝫ ipa nos q q̄ vult inuēire ieſū.i.ſalutē.dꝫ ipm q̄rere cū
dolore. Seq̄tꝰ[Et ait ad illos.Quid ē q me q̄rebatis ꝛc̄.] Nō icrepat q: q̄ſitꝰ.ſ; idi
cat vbi potiꝰ q̄ri dꝫ.ſ.i diuīs. Vñ ſubdit[Neſciebatis q: i his q̄ p̄ris mei ſūt oportꝫ me
eē.]q.ſi di.h̄ ſciatis.Et ꝓpe oſtēdit eē p̄ris ſui teplū i q̄ erat.ꝛ doctiā quā audiebat.





qō eſt ꝯ manicheū.[Et ipi nō intellexerūt ꝟbū qō locutꝰ ē ad illos.] Nō eī adhuc
capiebāt myſteria. Et nota q maria nō.m.mirat myſteriū.ſ; poſtea ꝓficiēs ab eodē
petit miraculū. Ioh.ij.Vinū n̄ habēt. Seq̄tꝰ[Et deſcēdit cū eis.ꝛ vēit nazareth.]
Ve filiꝰ dei exercet q̄ ſūt p̄ris.vt filiꝰ hoīs ſeruat obedientiā mr̄is. Vñ ſeq̄tur.
Augꝰ. — [Et erat ſubditus illis.]Augꝰ. Hoc ſingulariter illa femīa habuit.vt videret ſibi
naſcēdi ſolēnitate ſubditū.quē nō ſolū hūana.verū etiā angelica natura veneratꝰ ꝛ
adorat altiſſimū.
Propter hmōi ꝟba q̄ chriſtꝰ libēter auſcultat.dicit ipe matri ꝛ cūctis aīe fideli imi E
tatrici mr̄is ſue.cān̄.ij. Sonet vox tua i auribꝰ meis.vox eī tua dulcis ꝛc̄. Itē cāti.
vij.[Guttur tuū.]i.ꝟba de gutture p̄cedētia[ſicut vinū optimū.]q: ꝟba eiꝰ pūgitī
ua ſunt.et ſapida et delectabilia oīm aīe iuſte. Iō etiā dr̄ eccī.i h̄. Bt̄us q̄ i iſtis ꝟ
ſatꝰ bonis.q̄ ponit ea in corde ſuo ſapiēs erit ſp̄. Verba eni matris ꝟitatis.ꝟba ſunt
filij q̄ eſt ꝟitas. Vnde dicit ei filiꝰ Iſa.li. Poſui ꝟba mea in ore tuo ꝛc̄.

De taciturnitate marie Titulus xxxij.

Ambro.i alia traſlatōe — Et taciturnitate q̄ ſignū eſt ſapie ꝯmēdat filiꝰ matrē Cān̄.iiij.[Quā pulcra A
b es amica mea ꝛc̄. Oculi tui colūbe extra taciturnitatē tuā.]i.ꝑter. Ita dicit
alia trāſlatio quā ponit ambroſiꝰ. Tota eni ſpūalis ꝛ ſimplex vt colūba.i
cuiꝰ ſpecie ſpūſctūs viſus ē deſcēdere ſup chriſtū Lu.iij.et Ioh.i. Nō ē eni medi
ocris ꝟtꝰ tacere.ſicut dicit ambroſiꝰ.ꝛ iō de taciturnitate ꝯmēdatꝰ maria. q̄ oīa ꝟba
ꝯferēs in corde ſuo tacite ꝯſuabat. Notoriū eni ē ꝛ vulgatū mulicbrē ſexū de mlti
loq̄o et minori circūſpectōe redargui. Nec mirꝫ.cū ad p̄mas ſuggeſtiōes noxias
loq̄la penitꝰ ſit adempta ꝑpetī.et aliq̄tenꝰ inhibita mlieri. Hic poteris aſſignare ꝺ ꝓ
propera rn̄ſiōe eue ſine diſcuſſiōe ꝟboꝝ ſerpētis vn̄ ortū ē oīe malū.et cogitatōe
marie q̄lis eſſꝫ angelica ſalutatio vn̄ ortū ē oīe bonū. Bt̄us q̄ꝫ bernardꝰ pꝰ ma
ioꝝ cariſmata grāꝝ i omniū maxima mlieꝝ dei genitrice maria.grauitate ſilētij di
gnis laudibꝰ p̄dicabat. Ipa etiā dicit ꝺ taciturnitate ſua q̄ſi ſeipaꝫ ꝯmēdāſ Eccl̄es
viij.[Ego os regis obſeruo.]i.os meū qō ē regiū.vt.ſ.nihil aliō loq̄r q̄ᷓ qō regē de
ceat et reginā.ſ.ꝟba lenitatis et clemētie.ꝟba pietatis ꝛ iuſticie. Ipa eteni ē mlier ſē
ſata et tacita. Eccī.xxvi.q̄ ſedebat ſolitaria ꝛ tacebat.ꝛ leuabat ſe ſup ſe ꝑ ꝯtēplati
onē dei. Treñ.iij. Siq̄dē q: fuit ſenſata.i.plena ſēſu.ꝛ tacita nō ſeminiflua ſed lo B
q̄ns i tp̄e ꝯgruo.fuit ei tp̄s tacēdi.et tp̄s loq̄ndi.ſic dr̄ Eccl̄es.iij. Tp̄us tacēdi ei
fuit ān̄ mortē chriſti.loq̄ndi poſt. Debuit tacere i p̄ſētia ꝟbi.nec radiare debuit lu
na p̄ſente ſole.ſicut nec luna radiat i p̄ſentia ſol̄. Sed ꝟbo obmuteſcēte ꝑ mortē de
buit reuelare myſteria q̄ ꝯſuabat i corde ſuo ꝯ ſcādalum crucis. q: ſup oēs nouit.
Vñ poterat dicere illō Iſa.xxiiij.[Secretū meū mihi.]q̄ntū ad ſtatū ꝯcipiētis
portātis ꝛ parietis.[Secretū meū mihi.]q̄ntū ad ꝯgnitōez ipiꝰ ꝯcepti.q̄a ſup oīs
habuit noticiā diuinitatis. Luna etiā nō debuit radiare p̄ſente ſole.ſ; ſole tēdēte per
mortē ad occaſū.ꝯ tenebras noctis debuit emittere radios lucis ꝛ doctrine. Vñ et
dr̄ pulcra vt luna Cāti.vi. Turbata etiā fuit i ſalutatōe angelica.q: ſilētiū ſuū qō
valde amabat.rn̄dendo infrigere cogebatꝰ. Cogitabat etiā q̄lis eſſꝫ iſta ſalutatio.
Et vtinā moniales et recluſe et religioſe noſtre tacēdo cogitarēt quō in iudicio re
ſpōderent.vbi de omni ꝟbo ocioſo reddituri ſunt hoīes ratōem. Senſata etiam
fuit ꝛ tacita in interioribꝰ verbis que ſūt cogitatōes et affectōes ſeu deſideria cor
dis que loquūtꝰ deo. Vnde et de ea dicitꝰ Iſa.xxxij.[Princeps.]i.maria deſigna
ta ꝑ ſarā que interp̄tatꝰ p̄riceps[ea que digna ſunt principe cogitabit.]cogitatōes
ſcꝫ pacis et nō afflictionis.

De ſubtilitate marie Titulus xxxiij.

Vbtilitas beate marie in h̄ apparuit.q tā ſubtiliter ꝯtemplata eſt celeſtia.q
f ductu ꝓprie rōis illuminante gr̄ia viſa eſt filiū dei deſiderare virginitatem.
quā ideo forte vouit vt eiꝰ bn̄placito ſatiſfaceret. Ac ſi diceret voto ſuo. Li
lia deſiderabat.lilia ei exhibeo. In h̄ etiā apparet eiꝰ ſubtilitas.q taꝫ ſubtiliter ſcīt
miſeris miſericordiā exhibere.q ſigillū nō diſſipat diuine iuſticie.ꝛ maxime circa
hoc cōſiſtit ſtudioſitas eiꝰ.de qua dicit p̄s. Annūciate inter gētes ſtudia eius.

De actione marie Titulus xxxiiij.

E actõe marie ħ notādū ꝙ ꝑcipuo pauꝑi.i. filio dī.ō q̄ ꝑcipue exponit illō A
ꝑs. btūs q̄ intelligit ſuꝑ egenū et pauperē. ꝑcipua miſericordie opa dilectõe ꝑcipua et ꝑcipuo mō. vn̄ dicit. corā ipō miſtraui.i.ad bn̄placitū ei⁹. exhibuit de ꝓpa ꝛ ꝑcipua ſubſtātia ſua. quia de puriſſimis ſanguib⁹ ſm̄ damaſcenū. vel
Damaſcen⁹ de carne ꝟginea. q̄ erat argētū igne ſpūſſci mltiplicit examīatū. exhibuit ei veſtimentū. et de lacte ꝓpo exhibuit alimētū. Ratõe veſtimēti pt ei dicere fili⁹ illud Job. x. Pelle et carnib⁹ veſtiſti me. Ratõe alimēti illō Math. xxv. Eſuriui ꝛ dediſti mihi māducare. Sitiui ꝛ dediſti mihi bibere. Lac enī puero cibus ꝛ pot⁹ ē.
Propter hoc in iudicio poterit ei ꝯmēorare fili⁹ excellenti⁹ ꝛ ꝑncipali⁹ q̄ɜ oī alij creature illō Mat. xxv. Hoſpes erā et collegiſti me. ſcɜ in tabernaculo vteri virgi- B
Sup̄ ti. iiij. B D JKL nal. q̄ ideo dicēd⁹ ē regale palaciū. qꝛ rex celeſtis ī eo nouē mēſib⁹ pacifice habitauit. Ipa ēt ſignat̄ ꝑ marthā. de q̄ legit̄ Lu. x. Intrauit ieſus ī qddā caſtellū. ꝛ mulier q̄dā martha noīe excepit illū ī domū ſuā. Et ħ ē qđ dicit Job. xxxi. q̄ſi loq̄ns ī ꝑſona marie. Foris nō māſit ꝑegrin⁹. i. fili⁹ dei. q̄ dic̄ ꝑ ꝑs. Aduena ego ſum ꝛ ꝑegrin⁹ ſic̄ oēs pr̄es mei. ſ. abrahā yſaac iacob ꝛ ceti. ō q̄b⁹ dī Heb. xi. Cōfitētes qꝛ ꝑegrini ꝛ hoſpites ſunt ſuꝑ terrā. Seq̄t̄ ī ꝑſona marie. Oſtiū meū viatori patuit. Et ħ ē qđ ipa dicit Cañ. v. Peſſulū oſtij mei aperui dilecto meo ꝛc̄. De q̄. ſ. viatore dī Hiere. xiiij. q̄ſi loq̄ntꝫ ad filiū dei. Quare q̄ſi colon⁹ futur⁹ es ī terra. ꝛ q̄ſi viator declināſ ad manēdū. Quare futur⁹ es ſic̄ vir vag⁹ ꝛc̄. Qui videlicɜ viator cū nō haberet vbi caput reclinaret. hoſpitat⁹ ē a maria ī domo vł vtero virginali. Vn̄ ipa dicit. Qui creauit me reqeuit ī tabnaclo meo. In tabnaclo. ſcɜ anſe inq̄ntū de⁹. In tabernaclo. corꝑis inq̄ntū de⁹ et hō. Et ħ ē qđ ipe dicebat eccī. xxiiij. In oīb⁹ reqem q̄ſiui. et ī hereditate dn̄i morabor. i. ī btā maria. In corꝑe rionē mēſib⁹. ab aīa nūq̄ɜ receſſur⁹. Propter ħ in ꝑs. dicit ipe de maria. Hec requies mea in ſeculū ſeculi. hic habitabo qm̄ elegi eam.
Et nota quoniā maria nō ſolū hoſpita vł hoſpitiū facta ē filij dei. imo et toti⁹ trinitatis. cui⁹ eſt nobile triclinū. Vn̄ ī ꝑſona marie dic̄ iob. xxix. Qn̄ ſecreto de⁹ erat ī tabernaclo meo. i. fili⁹ ī vtero meo. Qn̄ erat oīpotēs mecū. i. de⁹ pater ꝑ grāɜ inhabitātē. ꝛ petra fūdebat mihi riuos olei. i. ſpūſſctūſ infūdebat mihi dona ꝛ cariſmata oīm grāꝝ. ſic̄ ꝓcꝑat ei pr̄ eccī. xxxvi. Reple ſyō. i. mariā ī enarrabilib⁹ virtutibus tuis. C
Nud⁹ fui. ꝛ cooꝑuiſti me. ſcɜ tunica videlicɜ carnis ꝟginee tunica icōſutili. Luc̄. ij. Et pānis eū iuoluit. ecce opimētū. ꝛ reclinauit ī ꝑſepio. ecce matiale hoſpitiū. De duplici tunica icōſutili q̄ maria veſtiuit filiū q̄re li. xij. ꝑticła. v. ti. ix. ꝙ maria vell⁹. ſcɜ ī illo caplo. Deſcēdet ſic̄ pluuia ī vell⁹ p⁹ mediū tituli. De nuditate filij qn̄ deſcēdebat ī ꝟginē dic̄ btūs hildefonſus. Qualiter igreſſus ē chriſt⁹ ī virginē nēo D
Beatus hildefonſus nouit. q̄liter egreſſus egreſſio ſola ꝯſcit. Abſq̄ɜ veſte de⁹ vt ita dicā īgredit̄. q̄ vt certe dicā carne veſtit⁹ egredit̄. Ad domū ſui opis vēit. carnis tm̄mō veſte tulit. Idē q̄ venerat rediit. ſɜ aliter q̄ɜ īceſſerat ipe ꝓceſſit. Hāc domū īgrediēſ nō pudorꝫ ſpolia tulit. ſɜ egrediēs itegritatē ditauit ꝛc̄. Itē rōe h⁹ veſtꝫ ꝯꝑat ſe chriſt⁹ ḡno frumēti. Job. xij. qđ nudū ſemiat̄. ſic̄ dic̄ aplś. i. Chor̄. xv. ſɜ ſurgit veſtitū palea ſua velut tūica q̄dā. Itē ꝓpt̄ ħ figurata ē maria ī vellere gedeōis Judic̄. vi. qꝛ ō q̄dā portōe lane ſue. i. carnis ꝟginee veſtiuit agnū dī. Quere codē libro. titulo ꝙ ipſa vellus. poſt mediū tituli.
Hiero. Eſuriui ꝛ dediſti mihi māducare. Vn̄ hiero. dic̄ ꝙ btā ꝟgo cū acu et colo acq̄rebat vn̄ ſe paſcebat ꝛ vnigēitū dī. Propter ħ cañ. ij. dī ꝙ ſponſus paſcit̄ iter lilia. Et hec E
Bern. lilia appellat btūs ber. man⁹ btē marie. inter q̄s dei fili⁹ paſcebat̄. Btūſ ber. Manus marie quedā lilia cādidiſſima ſunt. nec cauſabit̄ liliorū amator inter lilia nō īuentū. q̄cq̄d inter marie manus inuenerit.
Sitiui et dediſti mihi potū. ſcɜ lactꝫ virginei qđ ego ſol⁹ bibi. et de q̄ puer ali⁹ nū q̄ɜ bibit. nec ipe ſuxit vbera alteri⁹ mlieris q̄ɜ ꝓprie matris. Vnde figuratus eſt ꝑ moyſen Exo. ij. qui nulli⁹ alteri⁹ mlieris ꝑterq̄ɜ matrꝫ ꝓpe ſugere voluit vbera F



ſicut dicit. Propter ħ etiā dictū eſt illi Lu. xi. Beatā vbera q̄ ſuxiſti. Et ħ aūt reliq̄tur. ꝙ tantū ſuxit vbera virginis matris ſue. Vn̄ ꝛ dicit Cañ. v. Bibi vinum meū cū lacte meo. virginali. qđ totū fuit meū. Propter hoc licɜ dicat̄ beate ꝟgini. oleū effuſum nomē tuū. nō tn̄ dicit̄ ꝙ eius vbera ſint effuſa.
Aliter etiā de potu fidei poteſt intelligi qđ dicit. Sitiui ꝛc̄. q̄ maria ſpecialius oī creatura ipm̄ potauit qn̄ rn̄dit angelo. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi. Unde ſignata ē ꝑ ſamaritanā mlierē cui chriſt⁹ dixit Joh. iiij. Da mihi bibere. Iō etiā figurata fuit Gene. xxiiij. ꝑ rebeccam virginē pulcerrimā ꝛ incognitā viro. que de hydria ſua q̄ ſignabat fidē marie potauit helyeſer et camelos. i. chriſtū et ſanctos. nā ex humilitate deo placuit. ſɜ ex fide ꝯcepit ſanctū ſctōꝝ. i. chriſtū q̄ ſctificat oēs ſanctos. B
Immẽſe magnitudis.⌋ Unde Gene.vi.ccc.cubitoꝝ erit lõgitudo arche ⁊c̃. Et hoc L
oportebat.q² ad h̃ facta eſt a deo vt oẽs electos ↄtineat.iuxta illd. Sicut letãtiũ

*Fuit illa nauis.*

omniũ habitatio ẽ in te. Et omnes qdãmodo ferat ad portũ vite. Uñ dr̃ ei Iſa.xl/
iij. Affer filios meos de longinq̃ ⁊c̃.vt ſup̃ eodem ti.B.in fine.

⟍Concaua interi⁹.⌋p hũilitatẽ verã.et ideo capax effecta eſt veri panis.

⟍Opta ſupius.⌋quaſi quodã velamie.patiẽtia forti.qua paſſiões aeris.i.tribulatões
quas pcurãt aerie ptãtes.ↄſtanti aĩo repellebat̃. Exo.xxvi. Facies ſaga cilicina vn/
decim.ad opiendũ tectũ tabernaculi ⁊c̃. Idem figurãt et tabernaculũ et nauis.ſ.be
atam mariam.

⟍Linita bitumie.⌋caſtitatis carnis et ſpũs velut archa noe.cui dictũ ẽ Geñ.vi. Bi/
tumine linies archã intrinſec⁹ ⁊ extrinſec⁹ ⁊c̃. Et ideo forte ſe ↄpat aſpalto.qd q̃daꝫ
dicunt eſſe bitumẽ iudaicũ.qd ſolo meſtruo pt̃ diſſolui. Eccl.xxiiij. Ubi nos ha/
bem⁹ ⌊ſicut cinnamomũ et balſamũ.⌋ dicit alia lr̃a. ⌊Sicut cinnamomũ et aſpaltũ.⌋
Uel p bitumen h̃.ipi⁹ caritas deſignat̃. ⌊Aq̃ enĩ mlte⌋.i.tribulatões ⌊nõ poterũt
extinguere caritatẽ eius.nec intrare⌋ p deſolatõem ⌊vſq̃ ad aĩam ei⁹.⌋ Sic̃ fiſcel/
la moyſi linita dr̃ bitumie ac pice:forte pp̃ter duo pcepta caritatis.interi⁹ ad deũ.
exterius ad primũ. Exodi.ij.

⟍Diſtincta mãſionib⁹ diuerſis.⌋ Uñ dictũ ẽ noe Geñ.vi. Manſiunculas in archa fa/

ciet. Joh. xiiij. [In domo patris mei] q̃ eſt paradiſus. ⁊ ipſa maria [manſiões multe ſũt],

Uas ſumptuoſiſſimũ. [Quia procul ⁊ de vltimis finibꝰ preciũ eiꝰ. Quere li. vi. ti. ix. J. de muliere forti. O

Habuit hec nauis

Malũ excellẽtiſſime humilitatis. [Cuiꝰ odor aſcẽdit vſqꝫ in ſũmũ celũ. et ide attraxit filiũ dei. et eũ extraxit de ſinu dei patris. qñ [a ſũmo celo] i. a patre [fuit egreſſio eius] Uñ ipſe filiꝰ dicit Joh. xvi. [Exiui a patre et veni in mũdũ] i. in virgine vterũ. Jõ dicit ipſa Can. i. Dũ eſſet rex ⁊c. Quere li. i. ca. v. D. Eſt aũt malꝰ arbor nauis qua dicit ipſa Can. i. ... Et dr̃ malꝰ ſm Jſid. q2 inſtar mallei in ſũmitate. Uel q2 q̃ſi quibuſ vela ſuſtinent. Et dr̃ malꝰ ſm Jſid. q2 inſtar mallei in ſũmitate. Uel q2 q̃ſi qbuſ dã malleolꝰ ligneis cingit. quorũ volubilitate vela faciliꝰ eleuant. Solet aũt malꝰ fieri de abiete q̃ ẽ arbor procera ⁊ alta. recta leuis et ſine humore. et tãte altitudis q cacumẽ ſuũ q̃ſi collocat inter nubes. Dicit aũt abies ab abeũdo. eo q p̃ ceteris arboribus abeat lõge et i excelſũ promineat. cuiꝰ natura expers ẽ terreni humoris. ⁊ idõ leuis ẽ ⁊ nõ nodoſa. Que proprietates bñ ↄueniũt humilitati eiꝰ. Auxilio etiã mali trãſit mare ſecti. Adapta Solet etiã d̃ cedro fieri malꝰ. Uñ Eze. xxvi. Cedrũ de libano tulerũt vt facerẽt tibi malũ. Adapta proprietates. Uide li. xij. pti. vi. c. iiij. Uel [p malũ] pt deſignari altitudo ↄtẽplationis eiꝰ vl̃ ↄuerſatõis eiꝰ. q̃ erat i celis. q2 celos attingebat ſtans in terra. Sap. xviij.

Aliter. [Malꝰ] eſt lignũ ſpecioſiſſimũ et altiſſimũ totiꝰ nauis. apparet etiã q̃ſi ſit turris ipiꝰ nauis. Et h̃ lignũ ſpẽaliter ↄſiderãt peregrini. naute. et nauigantes. ſ. ſi ſit integrũ et ſanũ. et tota nauis p eo ↄmẽdabilior reputat. Dñs aũt vẽturꝰ d̃ celo i terrã p hãc nauẽ. hũc malũ ſpecialr̃ ↄſiderauit. reſpiciẽs humilitatẽ ancille ſue. ⁊ intãtũ ei ↄplacuit ſpecioſitas: ſpecioſitas. et ſublimitas mali. q q̃ſi ihereẽs huic malo: deſcẽdit p eũ de ſublimitate celi i nauẽ vteri virginalꝭ. Adapta duarũ cãdelabrarũ exemplum. vnius fumigantis. et alteriꝰ accenſe. A

Balliculũ ſup malũ [i. diſcretõnem ſpirituũ. Q̃ bene apparuit ad introitũ. gabel. qñ nõ dubitauit qn verꝰ eſſet angelꝰ dei. Hanc diſcretõem p̃cipit Job. i. canonica. iiij. Nolite omni ſpũi credere ſed probate ſpũs an ex deo ſint.

Uirgã ex trãſuerſo ante malũ [in figura crucis. que deſignat mẽoriã dñice paſſiõis. De qua paſſiõe dr̃ Michee. v. In virga percutiẽt maxillã iudicis iſrl̃.

Aliter. Q̃ ſup appellauimꝰ virgã. a quibuſdã appellat antẽna. Et ſigt caritatẽ. Nã ſic antẽna ↄponit ex duobꝰ lignis. et ſe extẽdit ad dexterã et ad ſiniſtrã: ſic caritas ↄſiſtit in dilectõe dei et proximi. amicos i deo et inimicos diligẽs propter deũ. Et q̃a pulcra ẽ caſta generatio cũ caritate Sap. iiij. idcirco velũ virginitatis depẽdebat ab antẽna caritatis. et vehemẽtia eni eximie dilectõis. emiſit prima: glorioſiſſima virgo nr̃a votũ perpetue caſtitatis. Uel [p velũ] virgine deſignat ſcm̃ deſideriũ eiꝰ. qd̃ iſpirabat ⁊ iflãmabat ſpũſſcũs. iuxta illd̃ Cañ. v. Ueni auſter perfla ⁊c. Jdcirco cũ ex vehemẽtia deſiderij rñderet Ecce an. do. fiat mihi [venit auſter] i. ſpũſſcũs. et flauit. et velũ i tumuit. q2 in momẽto q̃ verbũ illd̃ ptulit. ſ. [fiat mihi] dei filiũ de ſpũſctõ. i. opatõne ſpũſſci ↄcepit. et ſic nauis iſta verſus portũ vite perpetue iugit mouebat. Dicit autẽ velũ a volatu. iuxta illd̃ poeticũ. Uelor pãdimꝰ alas. Bñ aũt velum ſigt deſideria virgĩs. q̃ exeũtia a corde ipiꝰ ſtati volabãt in celũ. Uñ et ipi propriiſſime ↄueñt illud pſ. Dñe añ te oẽ dſideriũ meũ. Ul̃ [velũ] caritas virgĩs. vero grarũ perflata ↄtinue. extẽſa i anteriora appetitu eternor: ad ſiniſtrã ⁊ dexterã. ↄpatiẽdo miſeris ⁊ ↄgratulando deuotis.

Diuerſitatẽ cordarũ [i. ceterarũ virtutũ a malo humilitatis dependentiũ. cui. ſ. virtuti ſicut malo innitunt corde. ſic innitebãt virtutes vniuerſe. Nam ipſa eiꝰ humilitas q̃ſi q̃dam ſupportatio. i. ſurſum portatio erat ceterarũ virtutũ.

Ancora [timoris filialꝭ et caſti. q̃ firmiter ſtabiliebat inter oẽs procellas fluctuũ nauis iſta. Uñ i pſ. xpo dr̃. [Poſuiſti firmamẽtũ eiꝰ formidinẽ] i. timorẽ. Bre. Ancora cordis põdꝰ timoris. Eccl. xxxiiij. Qui timet deũ trepidabit. Uel ſm apl̃m Heb. vi. ancora ſpes ẽ. vbi dr̃. Firmiſſimũ habemꝰ ſolatiũ. q̃ ↄfugimꝰ ad tenẽdã propoſitã ſpem quã ſicut ancorã hẽmꝰ aĩe tutã et firmã: incedẽtẽ vſqꝫ ad interiora velaminis.





Corda q̃ colligabat hec ancora naui ſue: caritas ipiꝰ virgĩs q̃ ẽ vinculũ pfectõnis ad Col. iij. qd̃ ſ. vinculũ nec ſecari potuit neqꝫ ſolui. Et eiꝰ caritas fuit triplex funiculꝰ q̃ difficile rũpit. Eccles. iiij. Quia de corde puro ad proximũ. de ↄſcĩa bõa ad ſeipſam. de fide nõ ficta ad deũ. Uel p cordã deſigt lõganimitas dſideriorũ celeſtiũ.

Habuit hec nauis. ſ. maria — Caſtrũ [Põt ei hec nauis dſignari p nauẽ alexandrinã. Act. vlti. cui erat iſigne caſtrorũ. Hoc caſtrũ ſigt q̃tuor cardinales: qbꝰ virgo pugnauit. ſ. ↄtra carnẽ p tẽpantiã. ↄtra diabolũ p iuſticiã. p prudẽtiã ↄtra proſperitatẽ. p fortitudinẽ ↄtra aduerſitatẽ. P

Armaturã [virtutũ. quã deſcribit apl̃s Eph. vi. Accipite armaturã dei ⁊c. Hec ẽ ſuc cinctio caſtitatis. Lorica iuſticie. Scutũ fidei. Galea ſalutis. Gladiꝰ ſpũs. ſ. verbũ dei. Calciamẽta ſctõrũ exẽplorũ. Orõ. Obſecratio. Uigilie. Ois inſtãtia bõa. et hmõi. Jpſa ẽ enim turris dauid edificata cũ propugnaculꝭ. Cañ. iiij. a q̃ dependent mille clipei. et oĩs armatura fortiũ. Quere ſup eodem li. ti. iiij. G.

Remos [i. bona opa. q̃ remi demittũt a naui. Quia de corde exeunt opa meritoria. ⁊ ad aq̃s. i. proximos ſe extẽdũt. Apoca. xvij. Aq̃ multe populi ml̃ti.

Gubnaculũ [i. prudẽtiã mẽtis diſcretõis. Parab. ij. Prudẽtia ſuabit te. Uel gubernaculum. fides.

Gubnatorẽ [i. puidẽtiã dei pr̃is. Sap. xiiij. Tu aũt pr̃ gubnas puidẽtia. q̃m dediſti i mari viã. Jõ dic̃ et maria. Propt nomẽ tuũ dñe dduces me. Jtẽ. dñs regit me ⁊c. Q Dr̃ aũt gubnator q̃ſi cohibnator. eo q cohibet puidẽtia ſua hibnia. i. tẽpeſtates maris

Nautas ⁊ remiges [ſctõs angelos aſſiſtẽtes chriſto nauclero. q2 oẽs adminiſtratorij ſpũs ſunt. Ad heb. i. Naucleꝰ dicit a naui. ⁊ cleros qd̃ ẽ ſors. Jnde nauclerꝰ dñs nauis. eo q in eiꝰ ſorte ſit nauis. Ceteri aũt i ↄtributõe ſunt. Nauta vero a naui dr̃i uat. Remex dr̃ eo q remum regat. R

Hec nauis

Onerabat mercimonijs [humane ſalutis i grarũ plenitudĩe. Uñ gr̃a plena. [i ſpũſſci ſu puẽtõe. [filij dei (q̃ ẽ omne bonũ. et a q̃ ẽ ſufficiẽtia nr̃a. ij. ad Cor. iij.) admirabili ↄceptõe. Jpſe eni onerauit nauẽ iſtã oĩbꝰ mercibꝰ p̃cioſis. et cariſmatibꝰ oĩm donorũ. qbus copioſiſſime paupertatẽ ditauit humanã. qñ diuitias totius veri boni nobis conferre voluit p mariam.

Partim auris: partim remis mouebat. h̃ ẽ. p grãm a ſupiori ⁊ p induſtriã ab inferiori.

Tãto ſecuriꝰ ferebat q̃nto magis diſtabat a terra. h̃ ẽ. ab amore ⁊ deſiderio terrenorũ.

Cũ piratis et latrõibꝰ pliabat [i. cũ aerijs ptãtibꝰ: ⁊ adhuc pugnat aſſidue p ſalute famulãtiũ ſibi. Uñ ⁊ dr̃ [terribil] ipſis demõibꝰ [vt caſtrorũ acies ordiata. [Cañ. vi.

Tribulatõibꝰ et pſſuris q̃s patiebat i filio i ſublime ferebat.] Uñ Geñ. vij. Factũ ẽ diluuiũ: et ml̃tiplicate ſunt aq̃. et eleuauerũt archã in ſublime a terra. Sed q̃ tũc i mũdo grauiꝰ depſſa. tãto nũc in celo ſublimiꝰ exaltata.

Hec nauis — Fluctibꝰ et vndis vehemẽter q̃tiebat. i vnigeniti paſſiõe.] Uñ matth. xiiij. Ueſpe facto nauicl̃a i medio mari iactabat fluctibꝰ. [Tũc factũ ẽ [veſpe] q̃ñ occubuit ſol iuſticie. mare mũdꝰ. mediũ maris hierl̃m. q̃ ẽ in medio mũdi. ſic dicit pſ. Opatꝰ ẽ ſalutẽ in medio terre. Et Eze. v. Jſta ẽ hierl̃m. in medio gentiũ poſui eã. ⁊ i circuitu eiꝰ terras. Et tũc vere potuit dicere filio ſic̃ filiꝰ pr̃i. Ois excelſa tua et fluctꝰ tui [fili mi [ſup me trãſierũt] p ↄpaſſionẽ. Jtẽ illd̃ Jone. ij. Oẽs gurgites tui ⁊c. Sed [excelſa iſta. fluctus et gurgites fregit. Jpſa ⁊ ↄpſſit virtute patiẽtie: ſicut nauis currẽs ſup aquã fluctus p̃mit et frãgit. S

Aliter [dormiẽte dño i nauicl̃a crucis. motꝰ magnꝰ factꝰ ẽ in mari. ita vt nauicl̃a eccleſie operiret fluctibꝰ. ſic legit Matth. viij. Jpſa vero ſic̃ mlĩer fortis. tũc ſola gubnaculũ fidei ↄſtãter tenuit. q̃a tota nauis eccl̃ie tũc eiꝰ fidei innixa ẽ. ſ. i veſpe ſexte ferie ⁊ i ſabbato paſcali. propter qd̃ vniuerſe fideles eccl̃ie in omni ſabbato ipſam ſpẽalr̃ venerant. Et propter hoc in illo ſabbato canticũ eiꝰ in miſſa decantat.

Ad littus optatũ puenit [i. filij reſurrectõe. ad portũ vere ſalutis i ſua aſſumptõe. et q̃ tũc in mũdo pſſuras paſſa ẽ cũ filio. nũc cum ipſo pacẽ poſſidet eternã. T

Chriſtꝰ inſtitor — Facta ẽ igit maria [q̃ſi nauis inſtitoris.] Hic inſtitor chriſtꝰ ẽ. q̃ de celo p eã venit in mundũ: ad negociandũ. vendendũ. ſ. et emendum.

Chriſtus inſtitor. Inſtitor enim

De patria ſua tráſit ad alienã ſpe lucri et deſiderio acq̃rẽdi. Sic et chriſt⁹ venit in
ſua incarnatõe de celo ĩ terrã: ad emẽdũ et redimẽdũ aĩas nr̃as. Vñ dicit Jhere.
xij. Reliq̃ domũ meã: dimiſi hereditatẽ meã: dedi dilectã aĩam meam ꝛc̃. Ecce mo
neta de qua negociatus eſt.

Vadit feſtinãter de die et nocte ad nũdinas. Sic et xp̃s. Vñ in p̃s. Exultauit vt
gigas ad currẽdũ viã. Itẽ vox huius īſtitoris ē [Cucurri ĩ ſiti] .i. in deſiderio q̃d
habui de ſalute generis hũani. Itẽ Exo. xi. Media nocte ĩgrediar egiptũ. Item
Sap. xviij. Cũ enĩ q̃etũ ſilẽtiũ ꝯtinerẽt oĩa. et nox ĩ ſuo curſu mediũ iter haberet.
oĩpotẽs ſermo tuus dñe exiliẽs de celo a r̃galib⁹ ſedib⁹ venit ꝛc̃. Quẽ ꝓſpiciẽs a lõ
ge veniẽtẽ: gratulans ꝛ exultãs ait eccl̃ia Cañ. ij. Ecce iſte venit ſaliẽs in mõtibꝯ trã
Orati⁹ ſiliens colles ꝛc̃. Hic ē ille mercator d̃ q̃ dicit poeta. Impiger extremos currit mer
cator ad indos. Per mare pauperiem fugiẽs ꝑ ſaxa ꝑ ignes. Illã. ſ. pauperiem. i. illum
defectũ q̃ ꝓus erat in celo: vbi deerant paupertas et aĩe iuſte.

Deportat ſecũ pecuniã ſuã. Sic et chriſt⁹. Vñ puer. vij. Non eſt vir in domo ſua: V
abiit via lõgiſſima: ſacculũ pecunie ſecũ tulit. Que fuerit hec pecunia docet beat⁹
Bern. bern. Saccũ plenũ miſericordia miſit pr̃ in terrã. Et iſte sacc⁹ ꝯſciſſus ē in paſſione
clauis ꝛ lãcea [et effuſũ eſt] .i. aĩa et ſanguis [vt fieret pagamentũ] Vñ fili⁹ patri.
[Cõſcidiſti ſaccũ meũ] .i. corpus in paſſiõe. [ꝛ circũdediſti me leticia] ĩ reſurrectiõe.

Apportat ſecũ merces patrie ſue. et ſecũ reuehit merces d̃ ꝑtib⁹ aliẽis. Hic ꝛ xp̃s Qd̃ ex
Bern. põit b̃tũs Ber. In celis bonoꝝ oĩm copia ſuppetebat. ſed paupertas ibi n̄ inueniebã
tur. porro ĩ terra abũdabat hec ſpẽs. ſꝫ neſciebat hõ p̃ciũ ei⁹. Hãc aũt venit q̃rere fi
li⁹ dei: vt ſua eſtimatõe nob̃ eã redderet p̃cioſam. Añ h̃ etenĩ nũq̃ĩ īntrauerat paup
tas in celũ. ſꝫ mõ niſi ꝑ eam in celũ nõ intrat. Mat. v. Bti pauperes ſpũ quoniã ip
ſorũ eſt regnũ celorũ.

Vendit merces pr̃ie ſue. et ſuadet hoĩb⁹ vt emãt. Sic ꝛ chriſt⁹. Vñ dicit ep̃o laodi X
cie. Apo. iij. Suadeo tibi emere a me auꝝ ignitũ ꝓbatũ vt locuples fias. et veſti
mẽtis albis ĩduaris. et nõ appareat ꝯfuſio nuditatis tue. ꝛ collirio inũge oc̃los tuos
vt videas ꝛc̃. Sic expone. [Suadeo tibi] .i. ad vtilitatẽ tuã [emere] ꝑ ꝯſenſũ liberi
arbitrij. Vel [emere] .i. m̃lto labore corpis ꝛ aĩe acq̃rere [a me] nõ a ꝑp̃lo [aurũ] .i.
ſapiam p̃cioſiorẽ cũctis opib⁹. Vel [aurũ] .i. caritatẽ [ignitũ] q̃ ad ſe. et fulgẽs q̃ ad
primũ [ꝓbatũ] ĩ fornace tribulatõis [vt locuples fias] q̃a ſine caritate oĩs hõ pau
ꝑ eſt. et cũ ea oĩs hõ diues eſt. [Et veſtimẽtis albis ĩduaris] .i. opibus mũdis. ſine
q̃bus oĩs hõ nud⁹ ē. Eccles. ix. Omni tp̃e veſtimẽta tua ſint cãdida. Vl' [veſtimẽ
ta cãdida] caro mũda ꝑ caſtitatẽ [vt nõ appareat] ĩ iudicio [cõfuſio tua] .i. feditas ſ vi
te tue. vnde ſeq̃tur eterna ꝯfuſio. [Et collirio inunge oculos tuos.] Quere titulo
vbi caritas d̃r colliriũ. Ecce tria emẽda a chriſto. Aurũ ꝯtra paupertatẽ. Veſtimẽta
alba ꝯ nuditatẽ. Colliriũ cõtra cecitatẽ. Vel [aurũ ignitũ] .i. v̄bũ dei quod ignit
caritas. [ꝓbatũ] ꝑ veritatis ſimplicitatẽ: nõ falſatũ ꝑ mũdane ſapie vetuſtatẽ [ꝓba
tũ] nõ fantaſticũ. q̃le eſt ſapia mũdi: ſꝫ veꝝ. q̃d emit ꝑ ſtudiũ ꝛ iugẽ meditatõẽ ſcri
pturaꝝ. Vel [auꝝ] .i. vitã eternã vbi ſcti ſplẽdẽt et ardent caritate. Et dicit emere
ꝯtra illos q̃ ꝓ nihilo volũt habere omne bonũ. cũ nõ ſunt ꝯdigne paſſiões ꝛc̃. Vel
emere p̃cio penitẽtie. [Veſtimẽta] pluraliter: diuerſe v̄tutes [vt nõ appareat ꝯfu
ſio tua] nõ angelis et aliq̃b⁹ hoĩb⁹: ſed in iudicio toti mũdo. Moraliter [Aurũ]
fides ꝓpter rutilãtiã. i. lucẽ. q̃a diuinã indicat ſapiam. Treno. iiij. Quõ obſcuratũ
eſt aurũ. Fides enĩ obſcurat: q̃n amori terrenoꝝ ꝑmiſcet. Sed h̃ [auꝝ] debet eſſe
[ignitũ] ꝑ caritatẽ [ꝓbatũ] ꝑ tribulatõem. Et hoc aurũ emitur a dñõ deſiderio et
bonoꝝ operũ exercitio.

Emit merces patrie aliene. Sic chriſt⁹ emit aĩas nr̃as p̃cio ſanguis ſui. i. Chor. vi. Y
Empti eſtis p̃cio magno. Redemit etiã q̃ſdam merces fatue pigneratas: eodẽ pre
cio de q̃ ſup. i. Pe. i. Nõ corruptibilib⁹ auro vl' argẽto redempti eſtis de vana vr̃a cõ
Aug⁹. uerſatõe ꝛc̃. ſed p̃cioſo ſanguie q̃ſi agni ĩmaculati. Huic mercatori dicit Aug⁹. O
bone mercator: gratias tibi agim⁹ q̃ emiſti nos. ſanguinẽ tuũ bibim⁹. euangelium





tuũ legim⁹: inſtrumentũ noſtrũ. creature ſum⁹ tue: ſerui tui ſumus. feciſti nos. re
demiſti nos. emere pt̃ q̃s ſeruũ. creare nõ pt̃. Dñs aũt ſeruos ſuos creauit vt eſſẽt.
ꝛ redemit ne ſemꝑ captiui eſſent.

Hic eſt ver⁹ inſtitor: q̃ creaturã ſuã inſtituit vt eſſet. et ꝓꝓ̃o ſanguie ſuo emit et rede Z
mit: vt libera et beata eſſet. Debet g̃ hõ agnoſcere ſe nõ eſſe ſui iuris ſed ei⁹ q̃ ſe rede
mit. q̃d nature lex exigit et iuris poſitiui. i. ad Choꝝ. vij. Qui in dño vocat⁹ ē ſer
uus: libertus ē dñi. et q̃ liber vocat⁹ ē: ſeruus eſt chriſti. Et ideo tãti emit: vt homo
ſe de cetero cariorẽ haberet. et ꝑ vili p̃cio ſe nõ exponeret. et ſi nõ ꝓpter ſe: ſaltem ꝓ
pter p̃ciũ magnũ. Debet autẽ dicere diabolo q̃ temptat. Jam empt⁹ ſum. nõ poſ
Aug⁹ ſum de cetero exhibere me venalẽ. Auguſtin⁹. Ideo tanti emit vt ſolus poſſideret.
Beatus Btũs marthe⁹. Carũ aĩal eſt hõ deo. ſi ſeipm̃ vilem nõ fecerit negligẽdo. Ne vile
marthe⁹ ſcas tibi o hõ: appẽde te ĩ p̃cio. Btũs bern. Tãti emit vt amittere nõ velit. Sꝫ m̃lti Ber.
ſe ſubtrahũt a poſſeſſiõe dñi. et ſe faciũt poſſeſſionẽ diaboli. Vñ q̃dam dicũt Iſa.
xxvi. Dñe de⁹ noſter: dñi poſſederũt nos abſq̃ te ꝛc̃. Et h̃ maxime fit ꝑ malã ſoci
etatẽ. q: cũ ſctõ ſctũs eris: et cũ ꝑuerſo ꝑuerteris. Quib⁹ ĩp̃cat dauid [Redde vi
cinis nr̃is] q̃ nos ad peccatũ traxerũt [ſeptuplũ] .i. ꝑfectã penã. ſ. punitõem corpis
ꝛ aĩe. Eccl. vij. Nõ ſemines mala in ſulcis iuſticie. et nõ metes ea in ſeptuplũ [Sul
ci iuſticie] tres vires anime et ſenſus corpis quod et quattuor elemẽtis. Gen. iiij.
[Qui occiderit cayn ſeptuplũ punietur.] Et infra. [Septuplũ vltio dabit' de cha
yn. de lamech vero ſeptuagies ſepties.] Peccatũ enĩ ſeptẽ inducit penas. Prima
hebetatio intellect⁹ in vi ratõnabili. Secũda corruptio affectus in vi ꝯcupiſcibi
li. Tercia obduratio in vi iraſcibili. He tres ſunt interi⁹ in aĩa. Exteri⁹ autẽ ſunt
quattuor. Pr̃ia paupertas. Secũda moleſtia. Tercia ignominia. Quarta mors ſiue
t̃palis ſiue eterna. vtraq̃ enim et peccato.

Plus diligit merces quas emit q̃ȝ p̃ciũ quod ꝓ eis ĩpendit. Et magis vellet defrau AA
dari in p̃cio q̃d impendit: q̃ȝ in mercib⁹ quas mercat'. Sic et chriſt⁹. De ꝓmo di
Inſtitor cit btũs Bern. Quid ego infelix. quo me vertã: qui p̃cioſum depoſitũ: quod chri Ber.
cun ſtus proprio ſanguine p̃cioſius indicauit ſeruanduꝫ accepi. ꝛ cetera multa. De ſe
cundo dicit ip̃e chriſt⁹ in p̃s. de illis qui fraudãt eum animab⁹ q̃s emit tãto p̃cio.
Sup dolorem vulneꝝ meorũ addiderunt.

Mercat' q̃ȝdiu ſtant nũdine. quib⁹ finitis facit pagamentũ ſuũ. Sic et chriſt⁹. In
p̃ſenti enĩ ꝓponit et offert nobis p̃cium paſſiõis ſue: et exempla vite ſue ad imitan
dum. vt ſuas faciat animas nr̃as et corpa. Vñ dicit ei quidã. Tuus ſum ego. ſal
uum me fac. quod in iudicio implebit'.

Butat etiã et dat merces ꝓ mercib⁹. Sic et chriſt⁹. Accepit enĩ naturã noſtrã qñ v̄
bum caro factũ eſt: et nobis largit⁹ eſt ſuam deitatẽ. Itẽ eleuat⁹ eſt ĩ celum. ſ. cum
carne noſtra: vt nos diuinitatis ſue tribueret eſſe participes. Ideo canit eccl̃ia.
O admirabile cõmerciũ ꝛc̃.

Habet ſub ſe mercatores ſuos: q̃b⁹ tradit pecuniã ſuã ad negociãdũ. Sic ꝛ chriſt⁹ BB
Lu. xix. Dedit illis decẽ mnas dicẽs. Negociamĩ dũ venio. i. date t̃palia ꝓ eternis.
Inſtitores ei⁹ ꝓmi apl̃i et p̃dicatores. Eze. xxviij. Negociatores tui tyre ꝛc̃.

Cõputat cũ ſeruis ſuis. Sic et chriſt⁹. Matth. xxv. Venit dñs ſeruoꝝ illorũ. ꝛ po
ſuit rationẽ cum eis.

Gaudet ſi fecerit lucrũ. Sic et chriſt⁹. Matth. xxv. Euge ſerue bone. Et eos bñ re
mũerat. dicẽs illi q̃ acq̃ſierat decẽ mnas Lu. xix. Eſto ꝑtãtẽ hñs ſup̃ dcẽ ciuitates

Dolet niſi fecerint: et eos g̃uiter punit. Sic et chriſtus. Matth. xxvi. Seruũ inu
tilem ꝓijcite in tenebras exteriores ꝛc̃. Para. xiiij. Acceptus eſt regi miniſter intelli
gens: iracundiã eius inutilis ſuſtinebit

Dicit' ab inſtãdo vl' ab inſtituẽdo. vt q̃dam volũt. Sic et chriſt⁹. q: oĩa q̃ ſunt īſti CC
tuit. Vnde Eccĩ. xviij. Qui viuit in eternũ creauit oĩa ſimul. Sꝫ q̃d ꝓ hoĩs vtilita
te īſtitutũ ē: ꝑ pctm̃ hoĩs d̃ſtitutũ ē. Ad h̃ aũt ꝑ hãc nauẽ veit xp̃s ĩ trã: vt mediãte
maria totũ r̄ſtitueret: q̃d pctõ ꝓme m̃lieris fuerat d̃ſtitutũ. Vl' [iſtitor] ab īſtãdo. q:
ĩ acq̃rẽdis caris mercib⁹ ſedul⁹ inſtat. iuxta illõ Eccl's. ix. Quodcũq̃ pt̃ facere man⁹

ena instituor opare rc. Eo bñ institor christ⁹ dñs. q̄ cū tāta īdustria negociatōez suam
ab humano genere redimēdo exercuit⁹ ē. Quae enim maior industria ē q̄ p nob emē
dis vēdi voluit et occidi. Qd ostēdebat dicēs Lu. xij. Baptisma habeo baptisari. et
quō coartor. desiderio. s. donec pficiā illō. Et nocat passionē baptismū. i. tin
cturā. qz tūc fuit pprio sanguīe rubeat⁹. Itē Lu. xxij. Desiderio desideraui rc. Itē
ad h̄ īnuēdū dixit inde machinātī tradiōez suā. Joh. xiij. Qd facis. fac cit⁹. Ibi di
Hilari⁹ cit hilari⁹. Nō pcipit facin⁹: sz pdicit. dās i se ptātē. Vere aūt fuit institor quia to
ta vita sua instabat orādo: pdicādo: demōes eiciēdo: lāguores curādo. p hmōi pci
osis mercibus. i. aīabus acqrēdis.

Nec solū mercator: sz admirabil institor fuit christ⁹. Institor fuit. qz merces suas DD
Aug⁹ nob dedit ⁊ nr̄as accepit. Aug⁹. Ois mercator dat ⁊ accipit. Mirabil aūtē fuit
qz dedit suā deitatē ⁊ accepit nr̄am hūanitatē. Vñ. o admirabile ɔmerciū rc. Itez
mirabil qz dedit illō qd maximi erat pcij. imo qd erat impciabile. ⁊ accepit a nob
qd nulli⁹ erat pcij. cū ceteri mercatores faciāt econuerso. Accepit qd hic abūdabat.
dedit qd deerat. Accepit nasci laborare ⁊ mori. dedit renasci resurgere et regnare.

Itē alio mō mirabil. qa sine pcio vēdit: ⁊ postlat vt sine pcō emat ab eo. Vñ clamat EE
Isa. lv. Qui n̄ hētis argētū pperate emite ⁊ comedite. Emite. i. acqrite fide et ope.
sapiam vl sciam. grā. credēdo. s. ⁊ bñ opando. ⁊ ita pciū sapie fides ⁊ opatio. Pro
uer. xvij. Quid pdest hēre stulto diuitias. cū sapiaz emere nō possit. Sequit. Veni
Bern. te emite absq3 argēto rc. Ibi dic btūs Ber. Mirabil hec emptio. apō amatores
secli mal esse nō pt. apō auctorē vo secli alia esse nō pt. Clemēs eī vēditor de⁹. q̄ bo
noꝝ nr̄oꝝ nō eget. nulli deb3 esse suspect⁹. qz nr̄e salutis tm̄ cupid⁹ ē. sz nō pcij tpal.
Mirabil etiā vt iā terigim⁹. cābiēdo merces suas. qd gallice dr̄ buter. qz diuitias
dedit p paupertate. ⁊ h̄ p grā3 suā. ij. Choꝝ. viij. Scitis grām rc. Nec solū mirabilis
sed et diues mercator. q̄ totū emit ⁊ redemit mūdū q̄si vna palmata. nō quā ferijt s3
quā recepit. Matth. xxij. Alij palmas in faciē ei dederūt.

Maria Sequit. De lōge portās panē suū. de lōge h̄ est. de celo. portans. i. apportans toti FF
nauis mundo fame pereūti panem. s. viuū q̄ d celo descēdit. Joh. vi. quē. s. panē fecit suū.
⁊ illū qūomodo emit a p̄re: pcio v̄ginitatis et hūilitatis ⁊ ceteraꝝ v̄tutū. q̄si. s. sindonē
fecit. i. v̄ginitatē vouit. et vēdidit. q̄si pcio filij dei. ⁊ d celo vēit ad nos panis iste p
hāc nauē. q̄ sedebam⁹ i tenebris ⁊ vmbra mortis. ⁊ victi eram⁹ i mēdicitate et ferro.
ad innuēdū q̄ vēiebat repare nos q̄ famie moriebamur. ad vitā celestē nō terrenā.
Et cū esset panis angeloꝝ. dari voluit hoīb: vt ipm gustādo fierent angeli.

Aliter. Si dixiss3 salomō panē nr̄m. bñ dixisset. s3 notabilr maluit dicere suū. et h̄ GG
multiplici rōe. Tot⁹ eī fuit su⁹ ppri⁹. s. nō ɔmūis sibi et viro. qz i se et de se sola fa
ct⁹ ē. s. d purissima substātia carnis sue. Vñ Gal. iiij. dic apls. Misit de⁹ filiū suū
Beda factū ex mliere rc. Et mltū repħēdit eos beda. q̄ volūt ibi legere natū ex mliere
de ipa ei fact⁹ ē hō. et ipa p ɔsensū fecit eū ⁊ panē et hoiez. Vñ desigt p sarā. q̄ de p
cepto abrahā. i. dei p̄ris. miscuit tria sata farine. s. diuītatē. aīam et carnē. Fermētū
etiā h⁹ panis fuit fides virginis. Et coct⁹ fuit iste panis i clibano vteri v̄ginal. ca
lefacto igne spūsscti. Ipo etiā die fuit decoct⁹ in ara crucis. trigītatribꝫ annis vt cre
dit reuolutis. vt sic esset panis bis coct⁹ q̄ ɔpetit nauigātibꝫ p mare hui⁹ mūdi. In
duruit etiā iste panis p ignē passiōis. Vñ dic p⁹ passionē. Aruit tāq3 testa virtus
mea. Vñ cū mlta violētia mediātibꝫ clauis ⁊ lācea ɔfractus ē i cruce. Et tūc exau
dita ē orō generis hūani Isa. lviij. postulātis. Frāge esurienti panē tuū rc. i. pmit
te animā tuā et corp⁹ abinuicē separi p refectōe famelicoꝝ. De hoc pane hec ⁊ alia
habuisti li. i. ca. iiij. T.

Aliter. Panē suū. quo. s. ipa digni⁹: saporosi⁹: et ineffabilius fruebat i p̄nti ol crea HH
tura. Vl sic. Panē suū. q̄ totus fuit su⁹. de q̄ ipa dic puer. ix. Comedite panē meū
rc. ⁊ quonia3 n̄ possū⁹ hēre nisi ab ea ⁊ p eā. Vñ ⁊ dicēdū ē ei tota duotōe ⁊ deside
rio mētis sicut dicim⁹ deo p̄ri. Mr̄ nr̄a q̄ es i cel panē nr̄m supsbalē vl q̄tidianu3
Aug⁹ da nob hodie. Aug⁹ ⁊ Amb. hūc panē appellāt epinsion. i. supsubstātialē. qa caro
Ambro. christi omnibꝫ creatis substātijs dignior et maior existit.

 

Christ⁹ nauis Facta ē q̄si nauis rc. De christo pt exponi q̄ ceciē genere feminino. qa est sapia p̄ris
Et ē hic ɔphetia. q̄ christ⁹ subuectur⁹ ⁊ supportatur⁹ esset velut nauis oē gen⁹ hu
manū ad celestē hierlm p mare mūdi hui⁹. Ipe eī se ɔpat naui. Job. ix. Dies mei
trāsierūt sic naues poma portātes. Et reuera hec nauis oēs electos i se portat per
mare mūdi. ⁊ in hac fuerūt oēs thesauri sapie ⁊ sciē absconditi velut merces venales.
Vñ dicit Apoc. iij. Suadeo tibi emere auꝝ a me. vt sup eodē. X. Et ipe nos emit
velut institor merces pcio sanguinis sui.

Ecclesia nauis Facta est nauis institoris. Ecclia nauis sm pprietates nauis marie supi⁹ assignas. II
Et hic v̄sicul⁹ ɔtinet sub lr̄a he. qd interptat esse. vel viuere. vel suscipiēs. aut susce
ptio. Quia p panē viuū quē ecclia suscepit in incarnatōe filij. habēt fideles ecclie
veꝝ esse et veꝝ viuere p grām h. p gl̄iam in futuro. Ipa etiā bñ dicit susceptio. qz
q̄cq̄d nō suscipit p baptismū. p fidē et sacramēta. ꝑimit in hoc mari. ⁊ illos solos q̄s
suscipit ad hereditatē eternā pducit. Hec nauis arta fuit tpe martyrij. s. i pncipio
suo. arta erit tpe antichristi. Lata fuit tpe ɔfessoꝝ. mō incipit coartari. Vñ patz q̄
finis instat. In tpe etiā psecutōis sctōꝝ martyrū: facta inundatōe tribulatōnum.
eleuata ē in sublime a terra. et ideo tot martyres tūc trāsmisit ad celū. Vñ d archa
q̄ signat ecclīam dei dr̄ Gen. vij. Factū ē diluuiū rc. vt sup eodē R. Matth. xiiij.
Vespe facto nauicula in medio mari iactabat fluctibus.

Facta est q̄si nauis institoris. Onerata mercibꝫ pciosis bonoꝝ opeꝝ: tēptatōnū: pse KK
cutionū: miseriarū. et hmōi. q̄bus gaudet onustari. q̄bꝫ maiora graꝝ dona meret.
⁊ he sunt merces pciose. Trāsit etiā desiderio fluctus h⁹ secli. pperās ad patriā. et
panē doctrine: doloris: laboris portat secū. q̄ vescit dū ē in via. De hmōi panibus
dr̄ Eccli. xxxi. Splēdidū i panibꝫ bñdicēt labia mltoꝝ rc. Maxime vo pane do
ctrine ⁊ v̄tutis reficit q̄ādiu est in itinere pegrinatōis sue.

Itē. De lōge dr̄ portare panē suū. q̄si viatic⁹. Quia in oībꝫ q̄ agit: solā eternā retribu
tōem expectat. et solā veri panis refectōem desiderat. Sic ɔstrue. De lōge portās
panē suū. i. q̄ est. de lōge. hoc est. de celo. q̄ est panis angeloꝝ. q̄ dat⁹ ē hoībꝫ ad
ɔmedendū. vt fiant angeli vt sup. F F. Et nota q̄ merces q̄s portat hec nauis di
cunt panis. in q̄bꝫ mercibꝫ notāt q̄ttuor: s. q̄ de lōge. i. nō de visibilibꝫ s3 inuisibili
bus. ij. Choꝝ. iiij. nō ɔtēplātibꝫ q̄ videnꝫ sed q̄ nō videnꝫ rc. Itē habenꝫ cū labore
⁊ portāt cū pōdere. ibi portās. i. ad Choꝝ. vi. Portate deū i corpe vr̄o. Item he
merces dicūt panis. qa idē est aīe refectio. Vñ panē nostꝝ q̄tidianū da nobis ho
die. Itē addit suū. Nota q̄ curiositates et solacia mūdi sunt panis adulterin⁹. in
q̄bus adulterāt rō et intellect⁹. De lōge tollit visibilia. portās tollit ocia. panē
inutilia. suū. adulterina solacia.

Itē hec nauis significat p classem salomōis. iij. Regū. x. q̄ afferebat de tharsis auꝝ. LL
sapie. argentū. eloq̄ncie. dentes elephātoꝝ. i. v̄ba et exēpla sanctoꝝ. simias. i.
irrisores maloꝝ. pauos. i. illos q̄ a posteriori ponūt gl̄iam mūdi. panē scriptu
re vt hic. poma. i. fructus bonoꝝ operū. Job. ix.

Aliter. Classis. ecclia. q̄ cōgregat auꝝ et argētū. i. sapiētes et eloq̄ntes. Eccl. xxviij
Argentū tuū et aurū tuū ɔfla. et v̄bis tuis facito staterā. Que duo ɔflare ē vitam
doctrine pmiscere. Dentes elephātoꝝ. expositores casti scripturaꝝ. Simie. p
pe sunt illi q̄ bonos imitanꝫ q̄ ad q̄sdā act⁹ in exteriori apparētia. sed tn̄ bestie sūt.
Apoca. iij. ecclie sardis. Nomē habes q̄ viuas: et mortu⁹ es. Paui. spūales viri
Quere pprietates de aq̄la li. xij. pticula. vij. ca. ij.

Fidelis aīa dr̄ nauis Facta ē q̄si nauis rc. Moraliter. Fidel aīa nauis. Et nota bñ singula v̄ba. Facta MM
ē q̄si. nō a se sed a deo. qz ipe fecit nos et nō ipi nos. Ipe enī fecit qd sum⁹ p natu
rā ⁊ grām. factur⁹ tādē qd futuri sum⁹ p gl̄ia3. Ipe eī opat i nob velle ⁊ pficere in
bona volūtate. ad Phil. ij. Ipe opat in nob oīa nr̄a opa bona. Isa. xxvi. Exodi
xxxiiij. dicit moyses ad dn̄m. Null⁹ apō te p se innocēs ē. Ipe ispirat nobis gra
tiam reuertēdi ad eū. ⁊ penitēdi p⁹ lapsū. Vñ sup illud Lu. xv. vbi dicit pdigus.
surgā et ibo ad p̄rem meū rc. dicit glo. q̄ nec volūtatē surgēdi habuiss3. nisi eum
pius pater inspirasset. Dicat g̃ fidel aīa. Grā dei sū id qd sum. i. ad Chor. xv.

Uita hominis nauis

Uita ho-minis na-uis Quaſi nauis inſtitoris.] Nota φ vita hoīs ordinanda eſt velut [nauis ſicut inſti ti RR
tor.ſpūs qſi [inſtitor]ab inſtādo ſm ꝓꝑetates rꝑo ſupi⁹ aſſignatas codē C C. De h
inſtitore.ij.Thimo.iiij. Inſta oportune ĩportune.Eccleſiaſtes.ix. Quodcūꝗ pōt
facere manus tua inſtāter opare. Ad Hebre.iiij. [Feſtinem⁹ ingredi in illā requiē.]
id ē opari ea q̄ faciunt ad ingreſſum. Spūs penitētis [inſtitor] inſtāter q̄rēdo bo
nas merces vbicūꝗ poſſunt inueniri.ad deportādum vbi vendunt caro ꝓcio. De
merces ſunt ieiunia.vigilie. diſcipline.et oīa hmōi bona exercicia q̄ hic habent ꝓ
cio ſatis paruo. Unde.[ꝓ nihilo].i.ꝓ paruo ꝓcio [habuerūt terrā deſiderabilem]
⁊ in padiſo vendunt cariſſime. Et qñ talis inſtitor arripabit ad portū vite.ſ.ĩ mor
te.tūc eas cambiet et durabit. Et ꝓ dolore ɔtritōis dabit gaudiū ineffabile. Pro ru
bore cōfeſſiōis/eterna dei laudatio. Pro labore ſatiſfactōis requies ſempiterna. Fa
mi ſuccedet ſatietas. Siti dulcis ebrietas. Egritudini ſanitas. Cibo arido et inſi
pido cōuiuiū pinguiū. Ignominie gl'ia. Cilicio purpura. Nuditati veſtit⁹ q̄dru
plex.q̄ notat in ſole. Obediētie oīa ſuccedent ad bn̄placitū. Uigilijs dormitio ī pa
ce in idipm.et ſic de alijs. Et cū merita fuerint trāſitoria/pmia durabūt ineternū.
De hmōi negociatoribꝫ dr̄ Iſa.xxiij.[Erūt negociatōes ei⁹ hmōi.ſ.inſtitoris.et
merces ei⁹ ſcificate dn̄o.] Et loq̄tur de tyro:que interptat anguſtia. que deſigt ve
Grego. rū penitentē:in anguſtia duplici mentꝫ et corpis ɔſtitutū. Grego. Uita nr̄a naui
ganti ſilis ē.is enī q̄ nauigat.ſiue ſedeat iaceat/ſemꝑ vadit.q₂ impulſu nauis duci
tur. Ita et nos. Siue enī nauigātes.ſiue dormiētes.ſiue loq̄ntes.ſiue tacētes.ſiue
nolētes.ſiue volentes.ſemꝑ ad finē tendim⁹.

In hac naui eſt DD

Prora ſtricta [ingreſſus vite pſentꝫ omni vallatus miſeria. Naſcit enī miſer hō ď ma
tre impotēs ſui.nud⁹ corpe.coinq̄natus ⁊ ſordibꝫ peccatis onuſt⁹. virtutibꝫ vacu
us.alieno egēs auxilio.diaboli poſſeſſio.et generaliter omī miſeria cumulat⁹. Iob
In hac naui ē i. Nudus egreſſus ſum ⁊c̄.et.i.Thimo.vi. Nihil intulim⁹ in hūc mundū.
Beatus andreas Puppis ſtrictiſſima] egreſſus a mūdo haud diſſilis ingreſſui. Btūs Andreas ad
egeam loq̄ns de petōribus. Tādiu deludit eos diabol⁹ donec rei et nudi de corpi
bus exeunt.nihil ſecū ꝑter pctā portantes.
Carina lata] mediū vite nr̄e.in quo nos dilatamus in voluptatibꝫ mūdi. cui ſubeſt
ſentina mltiplicium viciorū.

Penitentia nauis PP

Prora [i.inchoatio ipi⁹ pnīe. Stricta valde ī repſſiōe ſenſualitatꝫ. In ɔfuſiōe ⁊ do
lore ɔtritōis. In erubeſcētia ɔfeſſionū. In fuga occaſionū q̄ ptrahūt ad pctm̄. In
reſecatōe oīm ſupfluoꝝ. In dediſcēdo ɔſueta. In addiſcēdo ⁊ aſſueſaciēdo q̄ car
ni videnť amara. Propť hec oīa dr̄ Mat.vij. Quā anguſta porta ⁊c̄. Ad hāc cū do
min⁹ nos inuitat Lu.xiij. Cōtendite intrare ꝑ anguſtā portā.
In naui pnīe eſt Carina lata] dilatatio pnīe in bona opatōe. Progrediēdo iugiter ď ɣtute ī ɣtutē.
de bono ſp in meli⁹ pficere. Nā ī via dei ſtare qſi reſilire ē.et hāc dilatatōem nō no
bis ſꝫ deo attribuere. Uñ. Eduxit me in latitudinē.
Sentina] Iugis.ſ.recordatio vilitatis vite pterite. vt ſibi feteat q̄ deo vult redole
re. Nam ſicut dicit Phs. Qui ſibi diſplicet ſe bene vrit. Ezech.xxv. de verſ penitē
tibus. Diſplicebūt ſibimet ſup malis que fecerūt.
Puppis h⁹ nauis] ɔſideratio finis nr̄i.ſ.q̄ʒ ſubit⁹.q̄ʒ iprouiſus.q̄ʒ piclo ſus. qm̄ ꝓ
pati erūt tortores infernales rugiētes ꝑpati ad eſcā.crudeles vſurarij q̄ pl⁹ exigūt
in pena q̄ʒ ɔmiſſum ſit ī culpa. Ad h aūt φ penitēs bn̄ regat ⁊ dirigat nauē ſuā.i.
vitā/dʒ inſtar gubnatoris ī puppi q̄ finis ē nauis ſedere.qđ ē.in recogitatiōe finis
ſui morā facere.et ad prorā lumē dirigere.vt nauem ſuā recte dirigat ad portuʒ.vt
dicat illud Iob.xvi. Ad deum ſtillat ocul⁹ me⁹.i.intētio cordis mei. Ecci.vij. In
oībꝫ opibꝫ tuis memorare nouiſſima tua et in eternū nō peccabis.

Hec nauis QQ

Uas fragile] q̄a temptatōibꝫ quas patitur/a carne.a mundo.a malis hominibus.



et a diabolo. facile diſſoluitur. Iob.xiiij. Egredit/ɔterit. fugit velut vmbra ⁊c̄.
Clauſa inferi⁹.apta ſupius.cōcaua interi⁹.opta ſupius. onuſta mercibꝫ ſupra dictꝫ.
feratur ſup aquas.vt ſup̄ eodem R.
Acuta ī capitibꝫ ꝑ pauptate vt ſup̄.tota fere in aq̄ mergit.q₂ mltे tribulatōes iuſtoꝝ
Tāto ſecurior q̄nto longi⁹ diſtat a terra.i.ab appetitu terrenoꝝ. In littore ſtās.ſꝑ
in partē alterā inclinatur.
Hec nā-uis pnīe Undis quatit] Iob.xvi. In mūdo pſſuras.ī me pacē habebitis. Pugnat cū pira
tis. Ephe.vi.[Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē et ſanguinē] tm̄ ſcꝫ [ſꝫ ad
uerſus rectores mundi tenebraꝝ haꝝ cōtra ſpūalia nequi. ī cel. Ideo dicit Ecci.
iiij. Agonizare ꝑ anima tua.
Fluctus pmit et frangit] i.tribulatōes mūdi et carnis. Unde aplſ.ij.Choꝝ.xi. Cū
infirmor tūc potens ſum ⁊c̄. Ecce ɔfractio fluctuū.
Uento gr̄e et tractu bone opatōis ducit] q₂ coopatores dei ſum⁹.
Uento etiā aq̄lonis [i.aduerſitatis impellit verſus celeſtē hieruſalē.ſed auſtro pſpi
ritatis ſepe repellit a terra pmiſſiōis. Iſa.xliij. Dicā aq̄lōi da.et auſtro noli phibere.
Quꝗ ſabburra onerat vt debitū pond⁹ habeat] i.infirmitatꝫ ꝓpe recogitatione.
Ambro. Unde Ambro.inſtitutēs virginē. Contēplatōem corpis tui/velut nauis ſabburrā
ſuſcipe/ne te in tātis mūdi fluctibꝫ/iactātie alicui⁹ aura circūferat.

Hec nauis.ſ.penitētie debet habere RR

Malū ſpei.vt erigat ad deſideriū celeſtiū et dicere poſſit. Dn̄e ante te omne deſide
riū meū ⁊c̄. Uel [malū] humilitatis/q̄ exaltat in oculis dn̄i. Uel [mal⁹] q̄ fit de abi
ete/ſūt exēpla ſctōꝝ.q̄ velut abietes fuerūt ſine humore carnal' voluptatꝫ. Recti iu
ſticia. Erecti ad celeſtia. Non reflexi ad tpalia. Proceri vite ſctimonia. Leues ſinē
peccatoꝝ ſarcina. Contēplatōe celeſtiū/ꝑſus nubes collocātes et eleuātes capita.
id ē.mētes. Et iſte ɣtutes ſume iuuāt/ad portū ſalutꝫ arripare volētes.
Uirgam [i.memoriā crucifixi:a qua depēdeat velū deſiderij. Iſa.liij. dicūt ſcī de
chriſto. Deſiderauim⁹ eū deſpectū et nouiſſimū viroꝝ virū doloꝝ ⁊c̄. Uel velū ca
ritas expāſa circūquaꝗ. vt ſup̄ eodem N D.
Ballicaulū [i.diſcretōem ſpirituū.i.Ioh.iiij. Nolite omni ſpūi credere.ſed pbate ſpi
ritus an ex deo ſint.
Cordas] ɣtutū:q̄ malo ſctē ſpei innitūt.et ab ea depēdēt. Uł malo hūilitatis
Hec na-uis.ſ.pe-nitētie de-bet hr̄e Ancorā] timoris/ que ī ſtatu iuſticie ſtabilit nauē mētis. Gregori⁹. Ancora cordis SS
pond⁹ timoris. Uel ſm aplm̄.[Ancora] ſpes.ad Heb.vi.vt ſup̄ eodē Q. q̄.ſ.ſpes
velut ancora multis tribulationū velut [malleoꝝ ictibꝫ fabricat. Hec enī ſpes a gr̄a
tia infundit.ſed tribulatōibꝫ firmat.q₂ tribulatio patiētiā operat.patiētia pbatōeꝫ.
pbatio ɣo ſpem.ſpes aūt.i.ancora ſic fabricata nō ɔfundit. Rom̄.v. Eſt autē ſpes
Aug⁹ certa expectatio futuroꝝ bonoꝝ ex gr̄a et meritis ꝓueniēs.ſicut dicit Aug⁹. Gr̄a
dei facit ancorā.ſpes firmā.ſed merita tutā. Nec ſolū vnica ancora naui vite nr̄e
neceſſaria eſt ſed q̄ttuor.q̄ ſunt/ ſpes venie.gr̄e.pſeuerantie.et glie. Actuū.xxvij.
[Timentes ne in aſpera loca incideremꝰ/de puppe mittētes ancoras q̄ttuor:optā
bant diē fieri. Loca aſpa] loca penaꝝ eternaꝝ.[puppis] finis vite [q̄ttuor ancore]
vt ſup̄.ſ.ſpes q̄ttuor pdictoꝝ. Dicit ergo aplſ.φ ſpem habem⁹ qſi ancorā aīe tutā
ac firmā.[ſicut dictū eſt [incedentē vſꝗ ad interiora velamis] i.icedere nos faciē
tē vſꝗ ad iteriorē.et adhuc velatā noƀ btitudinē.quā in hac vita nemo vidit ſicut
eſt.[Ubi] i.in que iteriora [pcurſor ieſus ꝓ noƀ itroiuit] introducēdis. ⁊ ita patꝫ
nos poſſe ſeq̄. Ad h enī ipe pcurrit vt nos ſeq̄mur. Et hic alludit aplus ɔſuetudi
ni nauigantiū. Qui enī nauigāt in magna naui.ſi ante portū inuenerint vētū ɔtra
riū.ita φ velificādo neq̄ant intrare portū: pmittūt aliq̄s q̄ in naui paruula anco
rā ad littus portēt.et ibi firmit figāt.poſtea q̄ ī naui ſūt cordā a naui ptēſā ad an
corā arripiūt.⁊ ſe ſuis manibꝫ/etiā vētꝫ ɔtrarijs ad portū in q̄ fixa ē ancora itrodu
cunt.[Corda] hec lōganimitas ďſiderioꝝ celeſtiū.cui ſi accedāt man⁹ bonoꝝ ope
rū.q̄ntumcūꝗ aduerſant venti tribulationū:celeſtꝫ patrie intrāt portum. vbi anco
ra ſpei firmiter fixa erat. Figēda eſt igit ancora ſpei in terra eterne ſtabilitatis. vt

contra furorē fluctuū.h. eſt tēptationū firmā teneat nauē mentis. ¶ Corda.h. naui colligāda ē ancora. timor mortis. iudicij et gehēne. triplex.ſ. funicul⁹ q̄ difficile rū pitur. Eccles. iiij. Timor eni nō eſt ſepand⁹ a ſpe. Prou. xiiij. In timore dñi fi
Grego. ducia fortitudīs. Gregori⁹. In via dñi timor ogāt fortitudinē. in via ſecli debilita tē. Item Ecci. xxvij. Niſi in timore dñi tenuer te inſtanter. cito ſubuertet dom⁹ tua. nauis.ſ. tue mentis.

¶ De remis. vt ſupra eodem P. XX

Gubernaculū ] verbū dei. qđ in mari mūdi. inter pſpa ꝛ aduerſa dirigit nauem vite noſtre. Sed cū peccatores a ſe ꝟbū dei repulerit. tūc vētis et procellis vndiqꝫ irruentibꝫq̄ ſi fracto gubernaculo piclitatur tēpeſtate viciorꝫ.

¶ Caſtrū ] hui⁹ nauis q̄tuor cardinales. vt ſupra eodem P.

¶ Armatur ] contra piratas vt ſup̄ eodem R.

¶ Victualia ] panis eucbariſtie et ſacramētorꝫ. Panis verbi dei et bonorꝫ operꝫ. Ignis caritatis. vinū cōpūctiōis. Aq̄ confeſſiōis. Sal diſcretiōis. Oleū pietatis ꝛc. vt ſup̄.

De mercimonijs. vt ſup̄. eodem R.

¶ Gubernatores ] cōſiliū et prudētia. pro. ij. Cōſiliū cuſtodiet te. et prudētia ſuabit te.

Ligna huius nauis et hanc nauem VV

¶ Dolat et erudit tribulatio. Eſuries dolat ſtrumā gule. Vigilie ſtrumā ſomnolētie. Diſcipline ſtrumā luxurie. Gen. vi. Fac tibi arcā de lignis leuigatis.

Grego. ¶ Deſiccat carnis maceratio. Gre. Lignū in fabrica cōpetenter nō ponit. niſi prius vi cioſa eius viriditas deſiccet.

¶ Dirigit ſctōꝝ virorꝫ imitatio. Niſi ad regulā praua nō corriges.

Ligna nauis penitētie — Cōplanat māſuetudo.

¶ Perforat iuge mentis ſcrutiniū. Ezech. ix. Fili hominis fode parietē.

¶ Coaptat obedientia. Cōnectit dilectio. duos ligās. Cōfirmat patiētia.

¶ Configūt timor dei et doctrina ſanctorꝫ. De primo. Cōfige timore tuo carnes me as. De ſcđo Eccles in fi. Verba ſapientū q̄ſi ſtimuli. et q̄ſi claui i altū defixi. ¶ Cla ui ] q̄a retinent a malo. et ſtabiliūt i bono. ¶ ſtimuli ] q̄a incitāt ad bonū.

¶ Cōpaginat caritas. i. ad Chor. in fi. Oia opa nr̄a i charitate fiant.

Hanc nauim XX

¶ Obſtruit rimas. gallice naie. timor dei. qui nihil negligit. Eccles. vij. Qui obturat rimulas ſenſuū. ne furtiue ſubintrēt ad aiam aque malarꝫ delectationū.

¶ Bituminat velut arcā noe. ꝯtinentia vl' dilectio dei et pximi. vt ſup̄ eodē L. Cōti nentia ſiq̄dem nō patit ſciſſurā in carne. nec vera dilectio ſciſſurā ſpūalē in mēte.

¶ Exonerat onere peccatorum vera penitētia. Onere diuitiarum elemoſina. Heb. xij. ¶ Deponētes omne pond⁹ tpaliū ] p elēoſinā ¶ et circūſtās nos peccatū ] .i. oēs pec cati circūſtantiā p cōfeſſionē et penitētiā ꝛc. Nō ei poſſꝫ onerari mercibꝫ dei. niſi p⁹

Hanc nauim penitentie exonerata mercibꝫ diaboli. Et hec exoneratio maxime faciēda ē imminēte tēpeſta te mortis. Actuū. xxvij. ¶ Saciati cibo ] .ſ. ꝟbo dei ¶ alleuiabāt nauē iactātes triti cū in mare ] .i. ad exiſtentes in amaritudine paupratis.

¶ Exhauriūt hauritorio hūilitatis. cōfeſſio et oratio. onerāt mercibꝫ ſupra dictis bo na operatio.

¶ Gubernāt conſiliū et prudentia vt ſupra. que duo maxime p̄cauēt huic naui a peri culis huius mūdi qui eſt mare.

¶ Dirigit ad portū ſalutꝫ q̄ chriſt⁹ ē recta intentio. que opi nomē imponit.

Caro noſtra eſt nauis YY

Aliter. Caro noſtra nauis eſt aie. in qua trāſmigrat mare ſecli in naui. Que.ſ. nauis ſi ſciſſa fuerit p luxuriā vel gulā. vnde ſubmergat iugiter recipit et emittit. nec ē ap ta. ſed valde pniciosa nauigio ſpirituali. Sed caro integra p abſtinētiā quaſi firma nauis apta eſt nauigatōi.

Vita humana eſt nauis ZZ

Aliter. Vita hūana nauis. que debet onerari bonis mercibꝫ. tēdēs ad lit⁹ futuri iu dicij. cui⁹ gubernaculū vt dictū eſt. ꝟbū dei. Hanc nauem impugnāt q̄ſi quattuor





pncipales venti tēptationū. Ab oriēte ſupbia. ab occidēte ignorātia. ab auſtro pigri tas. ab aqlone aduerſitas. Hec patet multotiēs ſic īpugnata. niſi euaſiōis vnica via. vt.ſ. tunica carnis pcinctus exemplo petri Job. xxi.ſ. p paupertatē et cōtinētiā mittat ſe deorſū et capiat terrā q̄ eſt chriſt⁹ hō. que mōtuoſa ē p eminētiā ꝟtutū et miraculorꝫ. vt illic aſcēdens nō timeat impetū procellarꝫ. Vñ dictū ē Loth Gen. xix. In monte ſaluū te fac. Itē valloſa ē. vt in ea delitefcēs nō timeas flatū ventorum. Valles ſunt hūilia et īfirma hūanitatis chriſti. Iſa. iiij. ¶ Erit tabernaculū ] .i. hūa na xp̄i nata ¶ i vmbraculū diei ab eſtu. et in ſecuritatē et i abſcōſionē a turbie ꝛ a plu uia ] Itē cauernoſa ē vt ibi abſcōdarꝫ pp̄ter timorē hoſtiū. Iſa. ij. ¶ Ingredere in pe tram ] .i. chriſtū ¶ abſcōdere in foſſa humo ] .i. i caterna pedū lateris et manuū. ſic co lumba a facie accipitris.

Seqtur ¶ Delōge portās panē ſuū ] Quia poſita adhuc i terra. recte credēdo ꝛ bene operando acq̄rit ſibi victū et veſtitū de celo. a q̄ deſcēdit omne datū optimū. Jac. i. ¶ il lam.ſ. refectiōem de q̄ Mat. xi. Venite ad me oēs q̄ laboratꝫ et onerati eſtis et ego reficiā vos. Vel de vita hac panē bonorꝫ operꝫ trāſfert in celū. vbi ipa theſaurizat Mat. vi. Theſaurizate vob the. ꝛc. ¶ Portat ] .ſ. merita p pmijs et acq̄rit ūde vñ vi uat ineternū ¶ Panem ſuū ] pnie. laboris. ſudoris. et doloris ¶ Et nota delōge ] Qui dam eni de bonis q̄ faciūt nō q̄rūt niſi retributōem tpalē. ſed tales ō ppe. Matth. vi. Receperūt mercedem ſuā. i. quā inq̄rebāt. Itē notabiliter dicit ¶ panē ſuū ] chri ſt⁹ eni vere panis noſter ē. Vñ matth. vi. Panē noſtrꝫ ſupſubſtātialē da nobis ho die. quia iſto pane viuit aīa in pſenti p grāꝫ. et illū ſuſcipit in fide ſacramēti. et hūc portat panē q̄ opat et grā in pſenti. Vñ Heb. xij. Cōtēplātes ne q̄s deſit grē dei. Item. ij. ad Chor. v. Hortamur vos ne in vacuū grām dei recipiatis. Panis aūt q̄ creſcit de terra panis corpis eſt.

De piculꝭ maris hu⁹ mūdi v Iſo multipliciter de nauē multiplici. reſtat videre de piculꝭ maris iſti⁹ mūdi. a Que ſunt q̄nqꝫ pncipalia. Ecci. xliij. Qui nauigant mare enarrāt picula ei⁹

Syrtes. ſcilla. caribdis. acroceronnia. ſyrene. Verſus

¶ Syrtes. cōgregatio ē arenarꝫ. Quod piculū q̄nqꝫ eſt in hoſtijs fluuiorꝫ. vbi fluuij i trāt mare. et in hmōi arenis ſepe rūpit nauis. Hec ē auaricia. q̄ ſteriles et onoroſas ꝛ falſas ꝯgregat diuitias. que ſitim nō ſedant ſed puocant. Hoc periculū declinat prudentia. que nō bona pſentia ſꝫ futura ꝯcupiſcit.

¶ Scilla. quoddā piculū eſt inter ſiciliā et barbariā.ſ. q̄dam ſcopulus magn⁹ i illo ma ri. parꝫ ſup ſe aque habēs.ſ. q̄ſi cubitos duos vel cubitū et dimidiū: q̄ naues rūpū tur nō habentes aquā pfundā. Hoc piculū greci ſcillam. ſaraceni ꝛ q̄dā naute no minat kelp. qđ vtrūqꝫ ſonat canis latine. Quia ibi lacerant naues q̄buſdā petris acutis q̄ſi dentibꝫ caninis. Et hoc piculū ſignat luxuriā. q̄ blandā faciē ptēdit deſu per. et deſubtus lacerat appropinq̄ntes. Prouerbi. v. Fau⁹ diſtillās ꝛc. vſqꝫ. no uiſſima ei⁹ amara q̄ſi abſinthiū ꝛc. Et ſicut h̄ piculū cauet fugiēdo. ſic et luxuria. i. ad Chorꝫ. vi. Fugite fornicatōem. Vñ ſeq̄tur prouer. v. Lōge fac ab ea viā tuā ꝛc. Iraſcunt etiā naute ſi h̄ piculū noiet in naui. Et h̄ ē qđ dr ad eph. Fornicatio et oīs immūdicia nec noiet in vob. ꝛc. Contra h̄ piculū neceſſe ē hr̄e carinā q̄ rimā ca reat. Vel ſi ſubintret aliq̄ntulū aque. i. noxie delectatōis ſꝫ dꝫ p ꝯfeſſiōeꝫ exhauriri.

In marihu⁹ mūdi ſunt — Acroceronnia. ſunt mōtes cornuti. acros eni ſonat mons. ceros cornu. Et ſigt ad uerſitatē et detractōnē. cōtra que nauis debet hr̄e fortitudinē. ne aduerſitate vl' de tractōe ad impatiētiā moueat. Vl' p mōtes cornutos cornuta ſupbia figurat. b

¶ Syrene. q̄ cantu mortifero nautas attrahūt: ꝛ attractos lacerāt. Voluptas. Proſpi tas Vel adulatio ē. Vnde. Molliti ſunt ſmones ei⁹ ſup oleū ꝛc. Hoc piculū de clinat puppis. iuſticia.ſ. q̄ nec blādis ſeducit p pſperitatē. nec adulatōnibꝫ male de mulcetur: q̄rendo mundanū fauorē.

¶ Caribdis. eſt vorago circūuoluēs naues et abſorbens. Vnde caribdis quaſi cari nas abdens. Et frequens eſt hoc piculū iuxta ſiciliā. et maxime in brachio maris quod farus dicit. et diuidit ſiciliam et calabriā. Et hoc piculū ſignat gulā q̄ abſor bet rōem. Vñ Iſa. xxviij. Abſorpti ſunt a vino.

Maria archa noe Titulus viij.

T archa noe. De qua pceptū eſt ipi noe Gene. vi. Fac tibi archā de lignis leuigatis. Manſiunculas in ea facies et bitumine linies intrinſecus. Et ſic facies eam. Trecentoꝝ cubitoꝝ erit lōgitudo arche. L. cubitoꝝ latitudo et. xxx. cubitorum altitudo illius. feneſtrā in archa facies. et in cubito cōſūmabis ſummitatē ei⁹. Oſtium aūt arche pones in latere deorſum. Cenacula et triſtega facies in ea. Cōmendat aūtē beata virgo ſub tipo hui⁹ arche maxime quantum ad quinqꝫ.

Primo quantum ad dignitatē ſue natiuitatis. Et oſtendit dignitas ortus eius quātū ad auctorē. Unde dicit pater filio. Fac tibi. Sibi enim fecit eā chriſtus principaliter. i. ad honorē ſuū. Nec solū ſibi ſed et hominibꝫ et angelis et toti trinitati. Iuxta illud beati bern. Deniqꝫ omnibꝫ oīa facta eſt ꝛc. Quere li. iiij. ti. xxiiij. Oſtendit etiam dignitas ortus ei⁹ quātū ad ſanctificatōem et pre mentis: cū dicit Larchā. In q videlicꝫ recōditi fuerūt theſauri ſapiētie celeſtis. theſauri deſiderabiles: virtutū cariſmata. Fuit enī anima eius cito (vt credit) poſt infuſionē a peccato origiali purgata et omī decore virtutū ornata. Decebat enī: vt dicit Anſelm⁹. vt ea puritate niteret q ſub deo maior neqꝫ intelligi. quā deus pater filio ſuo diligebat in matrem. Oſtendit etiā dignitas ortus ei⁹ quātū ad pgenitorū ſanctitatē: cū dicit. L de lignis leuigatis. i. politis: vel bituminatis ſm aliā lrām. ſiue quadratis ſm aliā. Patres enim de quibꝫ ipa orta eſt politi fuerūt p honeſtatē ɔuerſatōis. qꝛ nihil in eis erat qd offenderet oculos intuentiū. Cōuerſabant enī in medio natōis praue et puerſe ſine qrela. Nam aſpectu et auditu iuſti erāt. i. Petri. v. Et erāt qſi liliū inter ſpinas. Canti. ij. Bituminati etiā fuerūt p feruorē caritatis. Quadrati vo p iuſticiā a parte poſteriori ad corrigendū errata. Ab anteriori p prudentiā ad puidendū futura. A dextris p tēperantiā ɔtra pſpera. A ſiniſtris p fortitudinē contra aduerſa. De lignis leuigatis aliter inuenies ſupra eodem ti. vij. D.

Scdo cōmendatur quantum ad ſtatū vite pſentis. cū dicit L Manſiunculas in ea facies. In eccl'ia ſunt tres ordines ſiue ſtat⁹. virginū. cōiugatorū. et plātoꝝ. Et ipa fuit virgo ɔiugata. et habuit qdāmodo ſup filiū ſuū officium plati. Luce. ij. et erat ſubditus illis. De triplici ei⁹ ſtatu multa habuiſti ſupra li. i. ca. vi. B. Oſtendit etiā fuiſſe caritate ordinata. cū dicit. L Et bitumine linies eā intrinſecus et extrīſecus. ſcꝫ quo ad deum et primū. i. caritate feruētiſſima et indiſſolubili. Nam diuerſitas et vniuerſitas ſtatus triplicis pꝛedicati reqrit vnionē et ordinē caritatis. Vel duplex linitio. caritas in affectu et effectu. Unde dicit mr pulcre dilectōis p quam dedit vnigenitū ſuū p ſcelere noſtro. et fructū ventris ſui p peccatis animaꝝ noſtrarum. Michee. vi. Ideo dicit Cāti. vi. et. vij. L Pulcra es interi⁹ in mēte p caritatē i affectu L decora interi⁹ p caritatem in effectu.

Tercio ɔmendat quātū ad decorē virtutū cū dī L Trecentorū cubitoꝝ erit lōgitudo. Fuit ei i ea fides. q longitudo dicit. qꝛ ei ſuccedit lōgitudo dieꝝ. i. claritas viſiōis diuine. Prouer. Longitudo dieꝝ in dextera ei⁹. Lu. i. Beata q credidiſti ꝛc. Fuit in ea latitudo caritatis. q extendebat vſqꝫ ad inimicos. Et altitudo ſpei. q vſqꝫ ad interiora velaminis pringebat. Sed q̄a fides pcipue refert ad myſteriū trinitatis ex pte ipi⁹ crediti. p centenariū vero pfectio ex pte credentis intelligat. Quoniaꝫ vero caritas operit multitudinē peccatoꝝ. i. Petri. iiij. Et vniuerſa delicta operit caritas Prouer. xiiij. Idcirco dicit L latitudo q̄nquaginta cubitoꝝ. q̄a q̄nquagenarius numer⁹ eſt remiſſionis. Quia vero ex fide opante p dilectionē habet certitudo ſpei. qꝛ ſpes eſt certa expectatio future beatitudis ex grā et meritis pcedentibus pueniens. ppterea dicit L altitudo. xxx. cubitoꝝ. vt in ternario fidei pfectio. i denario decalogi intelligat impletio.

Quarto cōmendat a pfectōe vite duplicis. ſ. cōtemplatiue et actiue. Cōtēplatiua p feneſtrā. Nam p actū ɔtēplatōis dirigimus aciē oculorum noſtroꝝ ad ſolē iuſticie. i. chriſtū. et illuminat ab eo domus cōſcientie nrē. Actiua notat p cubitū. quo exercent opa.

Quinto cōmendat a pudore virginitatis. cū dicit L Oſtium arche pones in latere deorſum. Per hoc oſtiū intrauit in eā filius dei. et venit ad nos. et fuit L in latere arche deorſum. q̄a virgo fuit nō ſolum mēte ſed etiā carne. Vel L oſtiū i latere arche. filius in ventre. q dicit Iohā. x. Ego ſum oſtiū.

Sexto cōmendat a conceptōe ſaluatoris et merito interceſſiōis. cū dicit pater filio. L Ingredere archā. carnē de virgine aſſumēdo L tu et vxor tua. ſ. celeſtis ſapiētie. Sap. viij. Queſiui mihi ſponſam illā aſſumere L et filij tui. dona ſpūſancti L et vxores filiorū tuorū. ſ. ſeptem ille virtutes de quibꝫ Iaco. iij. de ſapiētia que deſurſū deſcendit. q pmū pudica deinde pacifica. L Noe. chriſt⁹ q interptatur reqes. quia ſicut tpe noe quieuerūt p diluuiū omnia retro opa ſta p chriſtū oēs q antea laborabant. Item noe cōgregauit in archa cibos omnes hominibꝫ et iumētis ſeu beſtijs neceſſarios. Unde dictū eſt ei. L Tolles tecū ex omnibꝫ eſcis q mandi poſſunt et cōportabis apud te. Et chriſt⁹ dicit. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati eſtis ꝛc. Matth. xi. Sed innuit qbus datur ſit reqem. ſ. his q diſcunt ab eo humilitatē et manſuetudinē. Dicit ergo pater filio. L Tolles tecū ex omnibꝫ eſcis q mādi poſſunt. Filius enī dei deſcēdens in vterū virginis ſecū cōgregauit oīa q̄bus angeli et homines fruerent. Unū poteſt dicere beata virgo. Venerūt mihi oīa bona ꝛc. Unde ipe eſt theſaurus argēti et auri ꝛ cella omniū aromatū.

Finit liber vndecimus de munitōibꝫ et nauigijs que poſſunt figurare mariā.

# Incipit liber duodecimus de orto concluſo. cui ſponſus ɔparat mariā in canticis.

Hee ſunt quinq̄ginta proprietates orti concluſi.

O Rtus concluſus. firmatus claue. ſeratus.
Et cuſtoditus. ſignatus. diſcoopertus.
Conſitus. excultus. plantatus. et agricolatus.
Et paſtinatus. foſſus. ſatus. areolatus.
Planus. et extenſus. ſecretus. amenus. et altus.
Sanus. aromaticus. recreans. bibulus. ſitibundus.
Humidus. irriguus. cōpluuius. rorificatus.
Diſtillans. rorans. nebuloſus. ſiue vaporans.
Denſus. et vmbroſus. abſcondens. et latebroſus.
Mundus. et emūdans. mirabilis. inuiolatus.
Securus. ſtabilis. fecundus. delicioſus.
